¶ Adducit questionem tertiam que est dato quod prius inquirere debeamus potentias anime quam eius substantiam vtrum oporteat nos prius querere ⁊ inuestigare potentias anime potentiales quam opera ipsarum aut econuerso ⁊ vtrum prius oporteat querere intelligere aut intelligitiuum sentire aut sensitiuum. ⁊ ita de alijs.

¶ Si autem opera prius iterum vtiq; dubitabit aliquis si obiecta horum prius querendum sicut sensibile sensitiuo: ⁊ intelligibile intellectiuo.

¶ Ponit questionem quartam que est dato quod prius inuestigare debeamus operationes anime quam suas potentias. adhuc dubitabit aliquis cum potentie operentur circa obiecta vtrum prius sit inuestigandum de obiectis potentiarum quam de potentijs aut econuerso: vt vtrum prius sit inuestigandum de sensibili aut de sensitiuo: de intelligibili aut de itellectiuo Intelligendum primo quod Albertus hanc questionem aliter formal. vult enim quod operationes ad obiecta comparentur ⁊ non potentie. ⁊ tūc vbi prius per intellectum ⁊ sensitiuum potentie intelligebantur hic operationes intelligere debemus. Innuit ergo hic Aristotilis modum quo in hac scientia est procedendum. Incipimus a cognitione obiectorum: ⁊ ex illis ad operationes procedimus: ex operationibus autem ad potentias: ex potentijs vero substantiam anime inuestigamus. Intelligendum secundo secundum Commentatorem commento decimo quod in hac inquisitione oportet ire de eis que magis sunt nota apud nos ad ea q̄ sunt latentiora apud nos. ⁊ in hoc differunt scientie. Scientiarum enim in quibusdam ea que sunt magis nota apud nos sunt precedentia: vt in mathematicis ⁊ in quibusdam econuerso: vt in quibusdam que continentur in scientia naturali. Ponit commentator differentiam inter mathematicam scientiam ⁊ naturalem. quia in mathematicis cause sunt nobis notiores effectibus sed in naturalibus vt plurimum sunt notiores effectibus. Et notanter dixit vt in quibusdam que continentur ⁊ cetera. quia in naturalibus non semper effectus sunt nobis notiores suis causis. sed aliquando contingit oppositum: quoniam color ⁊ sonus sunt cause suarum specierum quas producunt in medio vel organo sensus ⁊ tamen sunt nobis eis notiores vt patet. Intelligendum tertio quod Albertus hic assignat duas causas propter quas iste questiones sunt necessarie: Prima est quia in quibusdam natura totius ex nobis magis nota quam suarum potentiarū. ⁊ similiter potentia est nobis magis nota quam sua operatio: ⁊ operatio quam eius obiectum sicut patet in corporibus sensibilibus. nam nos prius scimus naturam ignis in toto ⁊ per eam addiscimus eius potentiam ⁊ operationem ⁊ id circa quod operatur. Quedam autē sunt que sunt nobis occulta quantum ad substantiam ⁊ potentiam. sed illa circa que operantur sunt nobis manifesta. ⁊ ex illis deuenimus in noticiam operationem: ⁊ ex operationibus in noticiam potentiarum ex quibus postea manifestatur totum: cuiusmodi sunt aliqua circa que non cadit sensus vt substantie separate ⁊ anima ⁊ cetera.

Secunda causa est. quia in his non subiacent sensibus sunt duo genera potentiarum. nam quedam sunt actiue: ⁊ quedam passiue. In actiuis scimus quod potentia causatur ab essentia forme: ⁊ operatio non dat speciem: sed potius specificatur a forma: sicut operationem lucis dicimus lucere. ⁊ in talibus rectus ordo doctrine est incipere a forma totius agentis: deinde deuenire ad potentias operationes ac etiam obiecta. In passiuis vero est ordo nature priori contrarius: quoniam potentie passiue carent specie per se ⁊ obiecta agūt in eas species suas sicut oculus nullam habet ex se visionis speciem: sed ē in potētia oia visibilia ⁊ cū actu videt tunc coloratum ipm immutat

ꝛ ei imprimit speciem suaz. ꝛ in talibus obiecta que primo dant speciem operationi ꝛ potentijs sunt secundum naturam prouia actibus ꝛ actus potentijs ꝛ potentie que recipiũt speciem obiecti sunt prouie toti sicut primo est color: postea visio: postea visus: ꝛ deinde anima sensitiua. Cuz igitur vtrꝙz genus istarum potentiarum in anima inuenia tur oportet querere de vtraque viarum predictarũ in doctrina de anima. sed de hoc infra quid sit sentiendum videbitur.

Videtur aũt nõ solũ ꝙ quid ẽ cognoscere vtile esse ad cognoscendum causas antecedentium in substãtijs sicut in mathematicis quid rectum: ꝛ quid obliquum: ꝛ quid linea ꝛ quid planum ad cognoscendum ꝙ rectis trianguli sunt equales sed e conuerso. Accidentia enim conferunt magnã partem ad cognoscendum quod quid est.

¶ Ostenditur ꝙ sicut substantia nos ducit in cognitionem suorum accidentium: sic accidentia nos ducunt in cognitionem substantie licet modo altero. nam cum primo dubitasset vtrum in hac scientia sit procedendum a causa ad effectum vel econuerso ostendit vtramque viam esse vtilẽ ꝛ duo facti primo quod dictum est. secundo declarat Cum enim habeamus. De primo dicit ꝙ cognoscere qđ quid est ꝛ ipsam substantiam non solum videtur esse vtile ad cognoscendum causas accidentium ipsis substantijs: ꝛ ex consequenti accidentia substantiarum sicut in mathematicis cognoscere quid rectum: ꝛ quid obliquum: ꝛ quid linea: ꝛ quid planum idest superficies est vtile ad cognoscendum ꝙ angulis rectis anguli trianguli sunt equales. sed etiam econuerso Accidentia conferunt magnam partem ad cognoscendum quod quid est ꝛ ipsam substantiam

Intelligendum primo ꝙ cognitio quidditatis substantie que habetur per eius diffinitionem nos ducit in cognitionem suorum accidentium propriorum. ꝛ econtra: accidentia propria substantie cum fuerint cognita nos ducunt in cognitionem quidditatiuam substantie: sed diuersimode. quia in prima cognitione procedimus a causa ad effectum cum principia diffinitiua substantie sint cause suarum passionum. sed in secunda procedimus econuerso ab effectu ad causam: vt patet ex dictis. Qualiter autem ex notitia accidentis deueniat intellectus in cognitionem substãtie: in dubio apparebit. Intelligendum secundo ꝙ linea ꝛ rectum sunt principia triãguli ꝛ per consequẽs sunt cause propter quas habere tres angulos equales duobus rectis inest ipsi triangulo. ideo dicit Ax. ꝙ cognoscere qđ linea ꝛ quid rectum ꝛc. est vtile ad cognoscendum istã passionem. s. habere tres de ipso triangulo.

¶ Cum enim habeamus tradere ſm' phantasiaz de accidentibus aut omnibus aut pluribus: tũc ꝛ õ substantia habemus dicere aliquid optime. omnis enim demonstrationis principiũ ẽ ꝙ quid est.

¶ Declarat quod dixerat: ꝛ duo facit. primo hoc. secundo ostendit quales debeant esse proprie' diffinitiones ibi: q̃re secundum quascunque. De prima dicit ꝙ cum nos habemus tradere noticiam secundum phantasiã vel imaginationem de accidentibus. s. ꝓprijs omnibus aut pluribus: tunc de substantia habemus dicere aliquid optime. s. notificando eam per suam diffinitionem. ꝛ supplendum est ꝙ etiam econtra cum habuerimus diffinitionem substantie poterimus sua accidentia propria notificare. cuius causa est quia ipsum quod quid est subiecti est principium omnis demonstrationis. s. per quam notificatur aliq̃ passio de subiecto. Intelligendum primo secundum commentatorem comento secũdo ꝙ non omnia accidentia ducunt in noticiam diffinitionis ꝛ substantie rei quia non cõmunia sed solum ꝓpria. nec sufficit cognoscere solũ vnum accidens ꝓprium ipsius substantie. sed oportet cognoscere oia aut plura. vnde per accidentia cognita per viã imaginationis intelligit commentator accidentia ꝓpinqua et essentialia. dicit enim sic. ꝛ non ꝓparatur nobis cognitio substantie per cognitionẽ accidentiũ nisi cũ sciuerimus accidentia ꝓpinqua essentialia aut oia aut plura: tunc enim cõtinget vt inducam' meliorem diffinitionẽ subc. Intelligendũ secũdo ꝙ per diffinitionem quã Ax. dicit cẽ ꝓpriũ omnis demonstrationis intelligere debemus diffinitionẽ quidditatiuã subiecti que ẽ cã omniũ passionũ ab ea fluentiũ. vtr aũt in oi demonstratione potissima talis diffinitio sit mediũ aut diffinitio passionis post inquiretur.

¶ Quare ſm qualscũqz diffinitiones non contingit accidentia cognoscere: ſz neqz de ipsis imaginari facile manifestũ ẽ ꝙ dialetice sint ꝛ vane omnes

¶ Ostendit quales esse debeant ꝓprie diffinitiões: dicit eas tales esse debere ꝙ per ipsas nobis appareãt cãe passiones ꝛ ꝓprietatũ rerũ diffinitarũ. quare ſm qualscunqz diffinitiones non contingit cognoscere accidentia. s. ꝓpria rei diffinite neque de ipsis facile imaginari manifestum ẽ ꝙ oẽs tale ꝛ sunt dicte dialetice ꝛ vane. Intelligendũ ſm commentatorem cõmento. xj. ꝙ omnis diffinitio ꝓ quam non cognoscunt accidentia nõ dicitur diffinitio nisi egno: ce: aut qa in ea collocat aliqđ falsum: aut quia cõponit ex causis remotis aut accidentalibus. exemplũ ꝓmi vt hõ est aial rndibile. exemplũ secũdi vt hõ est substantia animata sensitiua. exemplũ tertij vt hõ est aial compositum ex corpore currente aut sedente in aia rõnali. Hic plures dubitationes occurrũt. Primũ est vtr accidens ducat in cognitionem quod quid est ꝛ ipsius substantie. Arguitur ꝙ non: Primo sic. illud quod est principium notificandi accidens non notificatur ꝓ ipsũ accidẽs. sed suba ẽ ꝓncipium notificandi accidens. ergo ꝛc. patet consequentia ꝛ minor colligit in littera vbi dicitur ꝙ quod quid ẽ: est ꝓncipium oĩs demonstratioĩs quod quid est autem ꝓncipium ꝓpriter ipsius substantie vt colligitur septimo metha. ꝛ per demonstrationẽ notificatur passio de subiecto vt ꝓz ex li: posteriorz. Maior aũt probatur quia si illud quod notificat accidens notificaret ꝓ ipsum accidens: tunc daret demonstratio circularis ꝛ Ax. ꝓmo posteriorz. Secundo si accidens duceret in cognitionem subc: tũc sequeretur ꝙ accidens esset ꝓus notum q̃s suba: quia nihil notificat aliud nisi sit eo ꝓius notum: vt patet ex primo posteriorum: consequens falsum ꝛ contra Ax. vij. methaphisice dicentem ꝙ substantia est ꝓior accidente natura diffinitione: et tempore. Tertio quandocunque aliqua cognoscuntur a diuersis virtutibus vnum non confert ad cognitionem alterius: sicut patet de colore ꝛ sono. Sed substantia ꝛ accidens cognoscuntur a diuersis virtutibus. quia accidens cognoscitur sensu: substantia autem intellectu: vt videbitur secundo huius. quare ꝛcetera. Quarto eadem sunt ꝓncipia essendi ꝛ cognoscendi: secundo methaphysice. Sed accidens non est ꝓncipium essendi substantie: sed magis econtra: vt constat. quare ꝛc. In oppositum est Aristotiles in littera. Pro dubio premittendum est primo: quod duplicia sunt accidẽtia scilicet propria ꝛ communia. ¶ Accidens propriũm est quod sequitur determinate ad vnam speciem sic quod non aliam propterea quia

fuit ex ꝓprijs ꝓncipijs illius ſpeciei vt ſe habet riſibilitas reſpectu hominis. ¶Accidens ℣o cõe eſt qõ reperitur diuerſis ſpeciebus: ſicut albedo ⁊ nigredo ⁊ reliqua hꝰi.

¶Premittendũ ſecundo qꝫ de ſubſtantia dupler põt haberi cognitio. ſ. confuſa ⁊ diſtincta. confuſa habetur ſciendo qꝫ eſt ſubſtantia vel corpus. diſtincta vero ſciendo qꝫ ẽ hõ vel equus ⁊c. His ꝓmiſſis ponantur concluſiones

¶Prima concluſio. Accidentia cõia non ducũt in diſtinctam cognitionem ſubſtantie. patet: quia qõ eſt aliqualiter indifferens ad diuerſas ſpecies ſubſtãtie non ducit in diſtinctam cognitionem alicuius eaꝝ exquo nõ eſt maior ratio de vna qꝫ de alia. ſed accidẽtia cõmunia ſunt hꝰi: vt ſupremiſſum. quare ⁊c. Secunda concluſio. Accidẽtia cõia ducũt in confuſam cognitionẽ ſube. Iſta concluſio apud diuerſos diuerſimode declaratur oſtendendo modũ ſm quẽ ex noticia accidentis cõis intellectus ducit in cognitionem confuſam ſube. Quidam enim dicũt qꝫ intellectus ꝓmo intelligit accidens fantaſiatũ vt albedinẽ aut calidũtatem: quia ab illo ꝓmo mouet. ⁊ qa tale accidens ẽt effectus ſube que eſt cius ſubiectũ cũ effectus natus ſit ſuam cauſam notificare: ſequitur qꝫ intellectus ex noticia illius accidentis deducetur in cognitionem ſubſtantie. Alij dicunt qꝫ cum aliqõ accidens cõe fantaſiatur ab illo phantaſmate virtute intellectus agentis abſtrahit ſpecies intelligibilis entis per quã intellectus poſſibilis ꝓmo intelligit ens qõ eſt ſuũ ꝓprium obiectum. ⁊ quia conceptus entis ſignificat ſubſtantiam ⁊ accidẽ licet per ꝓius ſignificet ſubſtantiam qꝫ accidens. ideo intellectus de cognitõe entis dꝫ ducetur in cognitionem ſubſtantie ⁊ accidentis: ſed ꝑ ꝓius ſubſtantie qꝫ accidentis. quare ex cognitione accidentis cõmunis habita per fantaſiam deducetur intellectus ⁊ noticiam confuſam ſubſtantie. Nonnulli ℣o ponũt qꝫ ſicut virtus eſtimatiua elicit ſpecies inſenſatas ex ſenſatis. ſicut eſtimatiua ouis elicit ſpecies inimicitie ex ſpeciebus figure lupi coloris motus ⁊ reliquis hꝰi: ita intellectus qui eſt virtus valde nobilior poterit ex conceptu accidentis ꝓius ſenſati elicere conceptum ſubſtantie non ſenſate. Quidaz alij volunt qꝫ fantaſma non repreſentat ſolum accidens ſꝫ aggregatum ex accidente ⁊ ſubſtantia que eſt cius ſubiectum. quia illud eſt quod ꝓmo mouet. ⁊ ideo ꝓmo ſantatum ⁊ ꝓmo intellectum non eſt color ſed coloratũ ⁊ ita de aliis. quia igitur accidens in concreto eſt ꝓmo cognitũ ab intellectu in quo includit ſuba cum intellectus illa duo ſ. ſubſtantiam ⁊ accidens ſimul ⁊ confuſe vnica intellectio nẽ intellexerit: poterit ſua virtute inter illa diſtinguere: et vtꝫ que ꝑ ꝓpriũ conceptũ diſtincte cõprehendere. ⁊ hoc modo ponũt cognitionẽ accidentis conferre ad cognitiõꝫ ſubſtantie. ⁊ cũ dicitur hic ſubam ⁊ accidens diſtincte comprehendi intelligi debet diuerſis cognitionibus: non autẽ diſtinctis: vt in ſecundo premiſſo expoſitum fuit. Tertia concluſio. accidentia ꝓpria ducunt in diſtinctam cognitionẽ intuitiuã ſube ſenſibilis. hec concluſio a Joanne de Bandauo in diuerſis queſtionibus diuerſimode declaratur. ¶Primus modus eſt ſupponendo de mente cõmentatoris ſecũdo de aia comento. lxiij. q. virtus cogitatiua q̃ immediate miniſtrat intellectu. ꝓmo cõprehendit vnica cognitione indiuiduũ ſubc ſimul cũ accidẽtibus ꝓprijs ⁊ cõmunibus in eo exiſtentibus. ⁊ non ſolum accidentia quia non ſolum accidentia mouentur: ſed totum aggregatũ ratione tamen accidentium. Cum autem virtus cogitatiua ſic comprehenderit tale aggregatum ꝓpter eius nobilitatem ⁊ perfectionem poterit diſtinguere inter idiuiduũ ſubſtantie ⁊ accidentia ꝓpria ⁊ cõia: ⁊ de ipſis diuerſas cognitiones in ſe ꝓducere: nec ante qꝫ faciat talem diſtinctionem poſſit mouere intellectum poſſibilẽ. facta autem tali diſtinctione: tũc a fantaſmate illius indiuidui ſubſtantie: abſtrahet ſpecies vniuerſalis ſiue ſpeciei repreſentatiua ab intellectu agente: qua recepta in intellectu poſſibili in eo cauſabitur intellectio illius ſpeciei ſubſtantie. Iſte igitur eſt ꝓmus modus ſm quem accidens ꝓprium ducit in diſtinctam cognitionem ſimplicem ſeu intuitiuam ſubſtãtie ſenſibilis. quia accidens ꝓprium alicuius ſube ſenſibilis. facit ad hoc qꝫ talis ſubſtantia indiuidualis cogitetur a cogitatiua quaſi ſine tali accidente cogitari non poſſet. ⁊ ꝑ hꝰ facit ad hoc qꝫ a cogitatiua diſtinguente inter indiuiduum ſube ⁊ accidens tale indiuiduũ ſm ſe cogitet. hac autẽ ſubſtantia indiuiduali ſm ſe cogitata: tunc virtute intellectus agentis a fantaſmate ſeu intentione imaginata ipſius reꝓſentatiua exiſtente in cogitatiua cauſabitur ſpecies vniuerſalis ſue quidditatis ſpecifice vniuerſaliter repreſentatiua in intellectu poſſibili: qua in eo recepta introducetur ipſo intellectio illius determinate ſpeciei ſubſtantie ſenſibilis: cuius illud erat accidens ꝓprium ducit in diſtinctam cognitionem intuitiuam ſubſtantie ſenſibilis. Secũdus modus eſt ꝓmittendo qꝫ ſicut materia prima ẽ ens in pura potentia reſpectu formaꝝ indiuidualium tam ſubſtantialiuꝫ qꝫ accidentalium: nec poteſt aliquam formam ſubſtantialem recipe niſi prius fuerit ſufficienter preparata ⁊ diſpoſita ꝑ formas accidentales ſibi ꝓprias. ſic intellectus poſſibilis eſt ens in pura potentia in ordine ad omnes formas abſtractas ⁊ vniuerſales ſiue fuerint ſpecies ſubſtantiarũ ſiue accidentium: neque poteſt ſpeciem alicuius ſubſtantie recipere niſi prius diſponatur per ſpecies accidentium ꝓprioꝝ illi ſubſtantie. Hoc ſtante patet qualiter accidentia ꝓpria ducunt in diſtinctam cognitionem ſimplicem ſubſtantie ſenſibilis. hoc enim faciunt pro quanto ipa cogitata cooperante intellectu agente imꝓmunt in intellectu poſſibili ſpecies intelligibiles ipſorum repreſentatiuas: quibus preparantur intellectus ad recipiendum ſpeciem intelligibilem illius ſpeciei ſubſtantie: cuius illa ſũt ꝓpria accidentia mediante qua illa ſpecies ſubſtſtantie intelligitur. Conferunt igitur accidentia ꝓpria ad cognoſcendum determinatam quidditatem ſubſtantie: ſicut agens diſpoſitiuum confert ad actum ad quem preparat ipſum receptiuum. ⁊ hec viſus fuit velle commentator cõmento vndecimo dum dixit qꝫ non preparatur nobis cognitio ſubſtantie per cognitionem accidentium niſi cuꝫ ſcierimus accidentia ꝓpinqua eſſentialia aut omnia aut plura. ¶Poſſet etiam iſta concluſio declarari modis ſimilibus illis qui poſiti ſunt de accidente communi. Sed iſta pro nunc videntur ſufficere. Quarta concluſio. Accidentia ꝓpria dicunt indiſtinctam cognitionem diſcurſiuam ſubſtantie abſtracte. Iſta concluſio declaratur preſuppoſito primo qꝫ per accidens ꝓprium non ſolum intelligo accidens alicui ꝓprium exiſtens in eo: vt ſuperius dictum fuit: ſed extendo etiam ad operationem propriam tranſeuntem in aliud. Hoc dato arguitur ſic Illud ducit in cognitionem diſtinctam diſcurſiuam ſubſtantie abſtracte per quod tanquam per medium probatur talem ſubſtantiam abſtractam eſſe. ſed per aliſquod accidens ꝓprium vt per motum primum vniformem ⁊ ſemper continuum tanquam per operationem propriam primi motoris probatur primum motorem eſſe: vt patet ex octauo phyſicorum. quare ⁊cetera. ¶Patet conſequentia cum minori. ⁊ maior declaratur: quia cũ per primũ motum cognouerimus primum mobile ⁊ primum motorem in eo qꝫ primus motor poſtea per diſcurſum ⁊ ratiocinium ex hoc deducimur in cognitionem ipſius ſecundum quidditatem ⁊ eſſentiam vt patet ex duodecimo methaphiſice. quoniam eiuſdem eſt notificare ſi eſt ⁊ quid eſt vt ſexto methaphyſice colligi poteſt. ⁊ ſecundo poſteriorum. ⁊ ſimili modo probari poſſet qꝫ accidentia ꝓpria ducunt in diſtinctam cognitionem diſcurſiuam ſubſtantie ſenſibilis: quia ex diuerſitate opationum arguimus diuerſitatẽ formaꝝ ⁊ compoſitoꝝ a quibus ꝓueniũt. ⁊ ex tali opa-

tione talem formam ⁊ tale compositum. nam sicut trāsmu
tatio facit scire materiam: sic operatio formam. Ad rō/
nes principales. Ad primam quidam conceduut q demō
stratio circularis est possibilis. ꝑmo in diuersis gene
ribus demonstrationum vt argumentuꝫ ostendit. quia ac
cidens notificat substantiam demonstratione que est ab ef
fectu ad causam: ⁊ substantia notificat accidens demōstra
tione propter quid que est a causa ad effectū. Secūdo i eo
dem genere demonstrationis sed in diuersis generib⁹ cāꝫ
vt si demonstraretur sanitas per deambulationē ⁊ ecōuer
so. Tertio in eodem genere demonstrationis ⁊ cause: sed
respectu diuersoꝝ indiuiduoꝝ: vt si demonstraretur plu/
uia per vaporem ⁊ eꝫ vtrobiqꝫ erit demonstratio per cau
sam materialem: sed respectu diuersoꝝ vaporꝫ. Cum aūt
Ax. dicit demonstrationem circularem esse impossibileꝫ
intelligit in eodem genere demonstrationis ⁊ cause ⁊ res/
pectu eiusdem indiuidui. hec autem responsio non videt
satisfacere. quia demonstrationes non fiunt de indiuiduis
sed vniuersalibus perpetuis ⁊ impossibilibus aliter se ha
bere vt vult Ax. ꝑmo posterioꝝ. vnde in demonstratiōe
particulari nulla premissaꝝ debet esse singularis: sed vna
debet esse magis vniuersalis qꝫ alia. ⁊ si aliquando sumit
altera premissarum singularis illud fit gratia exempli so/
lum ad ostendendum q premisse in demonstratione par/
ticulari nota sunt equalis cōitatis sicut in demonstratione
vniuersali. Propter qꝺ alij dicunt Ax. velle q demon/
stratio circularis non est possibilis in eodem genere cau
se. ⁊ cum arguitur illud esse possibile quia demōstrat per
vaporem ⁊ econuerso in genere cause materialis. hoc ne/
gant quoniam demonstratio debet esse ex ꝓpositionibus
per se vt patet primo posterioꝝ. iste aūt ꝓpositiōes ex plu
uia fit vapor aut ex vapore fit pluuia sunt per accidens: si
cut iste ex ente fit ens aut ex acre fit aqua vt patet per Ax.
ꝑmo phyſicoꝝ. quare ꝛc. Alii aūt fuerunt dicentes q li
cet aliquo modo demonstratio circularis sit possibilis vt
argutum est: non tamen circulatione perfecta ad quā si re
quireretur q si a demonstrat b ⁊ econuerso q hoc fiat eidē
intellectui ⁊ q ꝓ tunc in vtroq; processu illud ex quo fit
demonstratio sit absolute notius illi intellectui eo q demō
stratur. ⁊ constat hoc esse impossibile: quia impossibile est
q respectu eiusdem ꝓ vno ⁊ eodem instanti a fit absolu
te notius b ⁊ econuerso: ex his elige illam que tibi melioꝝ
apparet. Ad secundam potest negari consequentia di/
cendo q non oportet q omne quod notificat aliud alicui
sit eidem prius motum. nam species coloris est principiū
videndi ipsum: ⁊ tamen visus non prius cognoscit speciē
qꝫ colorem. ⁊ sm primum modum declarandi tertiam cō
clusionem posset teneri q intellectus prius intelligit sub/
stantiam qꝫ accidens vt patet ex dictis. sed sm secundum
modū posset teneri oppositū. s. q intellectus prius intelli/
git accidens qꝫ substantiā sicut prius eius speciem recipit
⁊ cum adducit auctoritas Ax. vii. metha. q substantia ē
prioꝝ accidente natura diffinitione ⁊ tēpore. dicitur q Ax.
vult q cognitio substantie est prioꝝ cognitiione accidentis
prioritate perfectionis sed non prioritate originis imo ma
gis econtra. Ad tertiam dicitur q maioꝝ est vera quan
do ille virtutes nō fuerint inuicē subordinate. sed si fuerit
inuicē subordinate non oportet. nunc aūt sensus ⁊ intellect⁹
inuicem subordinatur in operando ita q sensus subordi
natur intellectui vt infra patebit. ideo quicquid sensus po
test cognoscere: intellectus potest cognoscere: sed non con
uertitur. Ad quartam patet quomodo habeat intelligi
q dicitur in secundo methaphyſice. nam habet sic intelli/
gi q omnia que sunt principia essendi sunt principia cog
noscendi: sed non conuertitur. Secunda dubitatio est
circa ꝓpositionem Ax. omnis enim demonstratiōis ꝑn/
cipium est quod quid est. Dix in omni potissima demon
stratione medium sit diffinitio subiecti aut diffinitio passio
nis. Et quia hec dubitatio magis pertinet ad secundū po
sterioꝝ ipsam breuiter expediendo adducam solum opio
nes ꝓbabiliores que habite sunt circa ipsam. Linconien/
sis tenet q solum diffinitio subiecti est medium in potissi/
ma demonstratione. quoniam per Aristo. primo posteri
orum medium in tali demonstratione debet dicere quid
⁊ propter quid ⁊ tale est diffinitio subiecti ⁊ non passio/
nis quoniam diffinitio subiecti dicit quid subiecti ⁊ ꝓpter
quid passionis Item dicit hic Ax. quod quid est. i. sub
iecti ⁊ principium omnis demonstrationis. igitur ꝛc. Egi
dius autem vult q solum diffinitio passionis sit mediū in
demonstratione potissima. quia per Ax. secundo posteri
orum. ratio primi termini idest maioris extremitatis ē me
dium in demonstratione potissima. maioꝝ autem extremi
tas est passio cuius inherentia ad subiectum demonstrat.
igitur ꝛc. Et ad hanc opinionem videtur declinare Al/
bertus primo de anima adducens hanc rationem. Me/
dium in demonstratione debet esse medium sm naturam
s. posterius primo ⁊ prius secūdo. tale aūt est diffinitio pas
sionis que est posterioꝝ subiecto: quod est primum ⁊ prioꝝ
passione que est secundū. Subdit tamen q siue mediū sit
diffinitio subiecti siue passionis nunquā erit medium in p
pria demonstratione nisi per talem diffinitionem appare/
at quid sit passio ⁊ cui ineſt ⁊ ꝓpter quam causam. Vnde
priuatio luminis in luna non est sufficiens medium ad de
monstrandum perfecte eclypsim de luna: sed requirit hoc
totum videlicet priuatio luminis in luna ꝓpter diametra
lem interpositionem terre inter solem ⁊ lunam ex motu ip
sius in capite vel in cauda draconis infra gradus eclypti/
cos prouenientem. Ex quibus videtur velle q diffinitio
passionis que demonstratur includens omnia genera cau
sarum ipsius est medium in demonstratione potissima

Alij autem plures opiniones insimul copulauerūt di/
centes q aliquando diffinitio subiecti est mediū in demō
stratione potissima vt quando prima passio subiecti de co
demonstratur per diffinitionem suam: aut quando poste/
rioꝝ diffinitio subiecti demonstratur per prioꝝem vt mate/
rialis per formalem. aliquando autem medium est diffi/
nitio passionis vt dū passio posterioꝝ demonstratur d sub
iecto per passionem prioꝝem. alie plures ad hoc inducte sūt
positiones. s. sequendo viam alberti. Ad rationes op/
positas respondetur. Ad primam dicit q medium i de
monstratione potissima debet dicere quid ⁊ ꝓpter qd pas
sionis vt ostensum est supra. Ad secundam conceditur
q diffinitio subiecti est principium omnium demonstrato
nū per quas demonstratur aliqua passio de illo subiecto ⁊
non aliter. sed ex hoc nō sequitur q sit medium in demon
strationib⁹ quia differunt esse principium ⁊ esse medium
vt patet ex primo posteriorum.

Ubitationē aūt habent ⁊ passiōes anime
vtiqꝫ cōmunes sint omnes ⁊ habentis an sit
aliqua anime ꝓpria ipsius. hoc enim acci
pere quidem necessarium est: nō aūt leue videtur
aūt plurimoꝝ quidem nullū sine corpore pati neqꝫ
facere: vt irasci confidere desiderare ⁊ oino sentire
maxime aūt assimilatur ꝓprio intelligere. Si autē
⁊ hec fantasia quedam non sine fantasia non con
tingit vtiqꝫ nec hoc sine corpore esse.

Ic remouet dubitationes circa operationes seu
passiones anime. ⁊ diuiditur in duas. quia primo
hanc dubitationem pertractat. secundo ostenditur
turalem ⁊ dialeticū huiꝰi passiones differenter diffinire.
ibi Differenter aūt diffinient. Prima iterum in duas
quia ꝑmo mouet questionem. secūdo soluit ibi Vī autem

De prima dicit quod est dubitatio vtrum omnes passiões anime sint communes anime & corpori an sit aliqua passio ppria ipsi anime que nullo modo a corpore dependentiã habeat. hoc enim est necessarium acciperet inuestigãd ad sciendum naturam ipsius anime. & scire hoc non est leue: sed valde difficile. Videtur autem. Soluit dubitationes. & duo facit. primo quod dictum est. secundo solutionem declarat: ibi Videntur autem & anime. prima in duas. quia primo soluit. secundo ostendit vtilitatẽ huius inquisitionis: ibi Si quidem igitur. De prima dicit q̃ multe sũt aie passiones seu operationes de quibus est manifestũ q̃ corpori cõmunicantur eo qõ non sunt sine actione aut passione facta in corpore: sicut sunt irasci: cõsidere desiderare: & vniuersaliter sentire. Dubium tamẽ est de intelligere cum videatur esse anime proprium & corpori nõ cõmunicari. vez tamen quia intelligere aut est fantasia: aut non est sine fantasia. ideo sine corpore esse non poterit.

Intelligendum primo ſm commentatorem commento duodecimo: q̃ Ar. hic intendit duas questiones de operationibus anime. Vna est. vtrum omnes operationes anime habeant communicationem cum corpore: aut non. Secunda est. dato q̃ aliqua operatio anime non communicetur corpori: vtrum sit in rebus existentibus in corpe: aut non. Et post subdit duas ppositiones: quarum prima est. Possibile est vt aliquod non communicans corpori sit existens in rebus existentibus in corpore. Secunda est Possibile est vt actio alicuius non communicans corpori sit non existens in aliquo eorum que sunt in corpe: vbi commentator per actionem communicatam corpori intelligit illam que indiget corpore vt subiecto vel instrumento in quo recipitur. & per non communicatam corpori intelligit non indigentem corpore illo modo. Per actionez autem existentem in rebus que sunt in corpore intelligit illam que ab obiecto corporeo & in corpore existente dependet & per oppositam opposito modo. Prima igitur pposito verificatur de intellectione qua intelligitur lapis vel lignum. ista enim est actio non communicata corpori quia non indiget corpore vt obiecto vel instrumento exquo intellectus est potentia non organica & non mixta corpori: & est existens in rebus existentibus in corpore: quia dependet a fantasmate corporeo & in corpore existente vt ab obiecto. Secunda autem verificatur de intellectione eterna intellectus agentis: quia per propriam substantiam seipm intelligit. illa enim est actio non communicantis corpori. quia intellectus agens qui neqz est corpus neqz virtus in corpore: vt in tertio ostendetur. & non est existens in aliqua eorum que sunt in corpore idest a nullo corporeo vt ab obiecto dependens: exquo a fantasmate non dependet.

Ex quibus patet intellectus illarum questionum quas mouet commentator & etiam earum solutio. Albertus autem hic ponit tres propositiones. Prima est q̃ aliqua est operatio anime que communicatur corpori. patet de visione & aliis huiusmodi. Secunda est q̃ alipua est operatio anime que non communicatur corpori sed communicatur communicanti corpori. patet de intellectione qua lapis vel lignum intelligitur. non enim communicat corpori: quia nõ recipitur in corpore vt in subiecto vel instrumento sicut recipitur visio: sed communicatur communicanti corpori pro quanto a fantasmate dependet vt ab obiecto: quod est indigens corpore vt subiecto vel instrumẽto. Tertia propositio est q̃ aliqua operatio non communicatur corpori neqz communicatur communicanti corpori. patet de intellectione. quia anima intelligit se aut aliquã intelligentiam abstractam per species elicitas a fantasmate non dependentes: aut per lumen ab intelligentia sibi influxu. Et si contra ista adduceretur Aristotiles hic: qui velle videtur q̃ nulla sit operatio anime ad quam nullo modo concurrat corpus. Respondetur ſm Auerroim q̃ dictum Ar. sic habet moderari videlicet q̃ nulla operatio anime noua vel que fit eius operatio vt corpori est vnita que aliquo modo a corpore non dependeat: qualiter non est de intellectione eterna intellectus agentis. ſm autem Albertum dici potest Ar. velle q̃ anima ſm nullam potentiam operatur dum corpori est vnita a qua nõ possit prouenire operatio a corpore aliquo modo dependentiam habens. Cum quo etiam concedendum est q̃ ab aliqua illarum prouenire potest operatio que a corpore nullo modo dependet: vt patet ex dictis. Intelligendum secũdo quod Ar. dicit q̃ intelligere aut est fantasia: aut non est sine phantasia capiendo fantasiam ꝓ operatione fantastica Loquitur enim sub diuisione ꝓpter antiquos qui dicebant intellectum non differre a sensu seu fantasia & ex consequenti intelligere esse fantasiari. quia adhuc non est manifesta differentia inter intellectum & sensũ. sed infra manifestabitur. & ostendetur q̃z intelligere non sit fantasiari: tamen absqz fantasiari esse non potest.

¶ Si quid igitur anime operum aut passionũ ꝓprium continget vtiqz ipsam separari. si vero nullum est ꝓprium: non vtique erit separabilis: sed sicut recto inquantuz rectũ multa accidunt: vt tãgere eneam speram ſm punctum: non tamen tangit ab hoc separatum rectum. Inseparabile enim siquidem semper cum quodam corpore est.

¶ Ostendit vtilitatem huius inquisitionis. dicit q̃ ex hoc apparebit an aliqua operatio anime sit abstracta vel nõ. & hec est questio quam homines maxime desiderant scire de aia. quia ex hoc scirí põt an aĩa sit a corpore separabilis: aut non. & loquitur conditionaliter quia hoc magis apparebit in tertio di. q̃ si aliquod opez est ꝓprium anime: tũc illud opus est separabile. i. separatim anime competens & corpori non comunicatum. Si vero nullum operuz anime sit sibi ꝓprium: tunc illud opus non est separabile idest separatim anime competens. Et hoc per exemplum declarat: quoniam sicut linee recte multa accidunt ſm q̃ linea recta est. s. ſm esse quod habet in materia naturali: vt tangere eneam speram ſm punctum & tangit linea recta non tangit eneam speram ſm punctum separatum quin ad illud contactum concurrat corpus subiectum: quoniam ſm esse naturale nunquam inuenitur absque corpore ita saepe si anima sit a corpore separabilis habebit operationẽ aliquã ad quam non cooperabitur corpus. Si vero anima sit a corpore separabilis nulla erit eius operatio ad quam corpus non concurrat. Intelligendum primo q̃ commentator commento decimotertio mouet dubitatã contra modum arguendi Ar. quę est talis. Si aliqua operatio anime est sibi ꝓpria illa est separabilis. ergo si nulla est sibi ꝓpria nulla est separabilis. Videtur q̃ hic modus arguendi non valeat. quoniam arguitur a destructione antecedentis ad destructionem consequentis. & sic arguendo cõsequentia non tenet: sed committitur fallacia consequentis.

Ad hoc adducit commentator responsionem Themistij qui dicit q̃ quando consequens possibile est esse cũ antecedente. i. accipit vt possibile vel cõtingẽs seq ex aũtedẽte: tũc licet arguere a destructiõe aũcedentis ad destructionẽ ꝓsequentis: vt si hoc visibile est animal: possibile est vt sit homo sed hoc visibile non est animal. ergo impossibile est vt sit homo. sed quando in propositionibus hipoteticis cõtinuatis consequens necessario sequitur ad antecedens: tunc licet arguere a destructione consequentis inferendo destructionem antecedentis. Argumentũ aũt Ar. est in ꝓpositionibus existibus in dispõne prima. q̃re &c. hec tñ solutio nõ vr sufficere. qa ista ꝓditionalis: Si aliq̃ opatio é ꝓpria aie

illa est separabilis: aut est vera: aut non. si sic: ꝯsequēs sequitur de necessitate ex antecedente. ⁊ per consequens oportebit arguere a destructione consequentis ad destrn/ctionem antecedentis. si non: tunc assumptum Arist. erit falsum. Ideo aliter respondet Egidius dicens ꝙ quando condicionalis est ex terminis conuertibilibus: tūc vtro que modo possumus arguere vt patet. ⁊ sic est in propoſi/to. quia ista conuertuntur operatio anime propria ⁊ opera tio anime inseparabilis. quare ꝛc. Intelligendum secū do ſm commentatorem ꝙ cū Aristotiles dicit ꝙ linea re cta non contangit encam speram separata a corpore loquit de contractu vero ⁊ naturali: non de contactu mathemati/co. ⁊ differunt isti contactus. quia in mathematicis que se tangunt continuantur ⁊ habent vltimum idem. Sed i na turalibus quā' vltima se tangentium sit simul: sunt ta/men diuersa, ppter diuersitatem formaꝝ substantialiū di/uersa vltima sibi determinantium.

¶ Videntur autem ⁊ anime passiones omnes cū corpore esse. ira: mānsuetudo: timor: ⁊ misericordia confidentia: adhuc gaudiū: ⁊ amare: ⁊ odire. simul enim his patitur aliquid corpus. Indicat autē hoc aduris quid ⁊ manifestis passionibus cōcidentib⁹ nihil exacerbari: aut timere aliquādo: aut ⁊ paruis ⁊ debilibus moueri quū accendatur corpus. ⁊ si sic se habeat quū irascitur adhuc magis hoc manifestū Nullo enim terribili imminente in passiōibus fiūt his aliquid timentes.

¶ Hic declarat Ax. omnes passiones aīe aliquo modo corpori cōmunicari ꝛz vna fit magis cōmunicata altera cū ad aliquā crigaꝫ physica alteratio ⁊ motus localis sicut in passionib⁹ aīe concupiscibilis. Ad aliquā vo crigiꝫ soluꝫ alteratio spūalis: vt in alteratione sensus. ⁊ diuidit i duas quia ꝑmo facit hoc. secūdo infert duo corelaria. ibi secūda Si aūt sic. De prima dicit ꝙ omnes operationes ⁊ pas siones anime videntur esse cū corpore: quod maxime patꝫ in passionibus anime concupiscibilis: sicut sunt ira māsue tudo timor misericordia ⁊ reliqua huiusmodi que non fiūt absqꝫ motu locali cordis dilatationis ⁊ constrictionis': ⁊ absqꝫ physica alteratione: quod patet per signum. quia ꝓꝫ ꝙ homines sunt diuersaꝝ complexionum ⁊ differenter al terationem incurrunt in his passionibus differenī se ha/bent. Sunt enim quidam qui sortibus ⁊ manifestis peri/culis superuenientibus nihil prouocantur ad iram propt̄ eorum flegmaticam complexionem frigidam ⁊ humidam ineptam ebulitioni. ⁊ aliq ui in talibus nihil timent sicut q multum sanguinis habent ⁊ corda calida. Alij autem ali qui a paruis ⁊ debilibus causis superuenientibus cito in/citantur ad iram vt dum corpus est faciliter irascibile ⁊ fe re ita dispositum vt in colericis accidit habentibus corda calida ⁊ sanguinem leuem qui facile sursum mouetur.

Et adhuc hoc est magis manifestum in his qui fiūt in/tuentes quando nulla est causa timoris vt accidit in melan colicis qui sunt frigidi ⁊ sicci pauci spīritus ⁊ modici calo ris in corde in quibus propter vapores melancolicos ni/gros ascendentes phantasmata: apparentie terribilis fiūt inducentes timorem.

¶ Si autem sic se habet: manifestum quoniā pas sionum rationes in materiā sunt. quare termini ta les: vt irasci. motus quidem talis corporis aut par tis aut potentie ab hoc ⁊ gratia huius.

¶ Infert duo corelaria. ibi secundū Et propter hoc:

Primū corelariū est ꝙ exquo omnes passiones ani/me cōmunicantur corpori ⁊ ad eas cooperatur corpus ma nifestum est ꝙ omnes habent diffiniri per corpus ⁊ per materiam vt sibi diffiniatur ira dicemus ꝙ est motus talis talis corporis aut partis vt cordis vel sanguinis aut talis potentie. s. irascibilis ab hoc quia ab apparenti paruipen sione ⁊ gratia huius quia propter appetitum doloris in cō trario seu propter appetitum pene in vindictam. Intel ligendum ꝙ in hac diffinitione ire explicantur plures cau se ipsius. Primo causa materialis cum dicitur motus talis corporis quando sanguis accensus est vel partis. s. cordis quoniam ira in cor primo mouetur constringendo dum homo conturbatur: ⁊ postea dilatando dū querit pu/nitionem vel huius potentie. s. irascibilis pro quanto tali corpori vel parti exist vnita. Secundo causa effici/ens dum dicitur ad hoc. s. apparenti paruipensione. nam tunc aliquis irascitur dum videt se apparenter paruipēdi

Tertio causa finalis dum dicitur gratia huius. quia ꝓ pter appetitum pene in vindictam.

¶ Et ppter hec igitur iam physici est considera re de anima aut omni hutusmodi.

¶ Secundum corelarium. Ad physicum pertinet consi derare de anima. Probatur ad eundem pertinet consida rare operationem ⁊ illud cuius est operatio. sed passiones predicte sunt operationes anime ⁊ de illis considerat phy sicus. ergo de anima habet considerare. Item ad natu ralem pertinet considerare de passionibus: quia in earum diffinitionibus ponitur materia vt patebit secundo huius igitur ꝛcetera. Videndum est ergo vtrum omnis ani/ma sit actus ⁊ perfectio materie: aut non. Si sic: naturalis habet considerare de omni anima que est huius scilicet p fectio materie. Intelligendum primo Aristotilem dice re: aut omni aut huius propter intelligentias, supercelestes que a quibusdam dicuntur esse anime celorum: de quibus quo ad propter quid ⁊ secundum earum substantias non habet physicus se intromittere: sed solum quo ad quia est ⁊ per comparationem ad motum exquo non sunt perfecti ones materie aut corporis: nec secundū esse nec ſm earuꝫ primas operationes. Intelligendum secūdo ꝙ anima dupliciter potest diffiniri. Uno modo per intrinseca tan/tum: ⁊ talis diffinitio pertinet ad diuinum. Alio modo p extrinseca vt per proprium subiectum aut per operatiōes eius. ⁊ talis diffinitio pertinet ad naturalem: vt in secūdo huius patebit. Hic cadunt alique dubitationes. Pri/ma dubitatio est quia Aristotiles videtur sibi contrarius Nam superius in illa parte, Inquirimus autem, dixu ꝙ passionum anime quedam sunt propie: ⁊ quedam cōmu nes. hic autem velle videtur omnes esse cōmunes. argu it enim hic: Si aliqua operatio esset ppria aīe maxime est intelligere. sed intelligere non est operatio ci propria quia intelligere aut est fantasia: aut non est sine fantasia. cuꝫ er go fantasia sit operatio organica: non poterit fieri intelli/gere nisi corpus aliquo modo concurrat. Secunda du/bitatio est quia si solum forme ⁊ operationes que sūt perfe ctiones materie sunt physice cōsiderationis: vt hic innuit Ax. tunc sequeretur ꝙ de intellectu nō haberet physicus considerare vel se intromittere cum nullius corporis sit ac tus vt dicit Ax. in tertio huius ⁊ neqꝫ sit virtus in corpe vt ibidē Aucrrois asseru. consequens aut est falsum vt ꝓꝫ

Respondetur ad primā ꝙ dupliciter aliqua operatio di citur cōis aut ppria. Uno mō illa operatio dr ppria ani/me que in sola aia subiectiue recipitur. ⁊ illa cōmunis aie ⁊ corpori que in composito recipiuur vt in subiecto propin quo. ⁊ hoc modo concessit Ax. superius aliquam opera/tionē anime esse ppriam ⁊ aliquam communē. Alio mō dicitur aliqua operatio anime ppria ad quaꝫ nullo modo concurrit corpus siue corporeu tāquā subiectu vel organū aut tanquā obiectū. ⁊ illa appellat cōis ad quā corpus siue corporeum aliquo modo illoꝝ modoꝝ cōcurrit. ⁊ hoc mō do vult hic Aristotiles nullam operationem anime esse propriam. quia ad intelligere de quo maxime videtur ꝙ si

operatio aie ꝓpria tāq̄ obiectū concurrit phātasma: qđ ē corpus siue corporeū ⁊ extensione organi virtutis sensitiue interioris extensum: ⁊ hoc intelligit debet de aia ⁊ corpori est vnita. De aia autez intellectiua ſm se accepta: ſm Auerroim aliter esset dicendum. vt patebit in tertio huius. Et similiter post sepationem eius a corpore ſm catholicā fidem: tunc enim intelligit ꝓ spēs aut habitus in eo cōseruatos: aut ꝓ lumen ab intelligentia sibi immissū absq̄ cōcursu alicuius corporei: vt alibi habet inquiri. Ad secundam dubitationem Auerrois diceret q̄ licet intellect⁹ nō sit perfectio materie quo ad esse sicut alie forme materiales: est tamen quo ad suam operationem primā: ⁊ hoc sufficit vt de ipso quo ad quid consideret physicus. Ideo autem catholica diceret ipsum esse perfectionem corporis per informationem ⁊ quo ad esse: ⁊ nō solum quo ad operari: ⁊ q̄ est abstractus abstractōe oppoſita extensioni ⁊ eductioni de potentia materie ⁊ non aliter.

Differenter aūt diffiniet physicus ⁊ dialeticus vnūquodq̄ ipsoꝝ vt irā quid ē: hic quidē enī appetitū recōtristationis: aut calidi huiusmodi. Ille aūt feruorez sanguinis aut aliquid circa cor. hoc aūt alius quidē assignat materiam: alius vero speciem ⁊ rationez.

¶ Ostendit dialeticum ⁊ physicuz differenter se habere in diffiniendo has anime passiones: ⁊ duo facit: quia primo ponit hanc differentiā: secundat separat naturalē ab alijs artificibus: ibi secūda. Aut non est aliquis. Prima in tres quia primo ponit differentiam illam: secundo ostendit diffinitionem naturalem esse magis completam diffinitione dialetica. tertio distinguit diuersa genera diffinitionum: vt appareat que illarum sit naturalis: ibi secūda. Ratio quidem enim: ibi tertia. Sicut domus. Dicit ergo primo dicit q̄ physicus ⁊ dialeticus diuersimode diffiniēt vnāquāq̄ harum anime passionum. Vnde si debeat diffiniri ira dicet dialeticus ipsam esse appetitum recontriſta tionis ⁊ doloris in contrario. Naturalis autem dicet eaz esse feruorem sanguinis aut spiritus circa cor. ⁊ naturalis sic diffiniendo diffinit per materiam: dialeticus vero per formam. Intelligendum ſm commentatorem cōmento. xvi. q̄ naturales differunt a disputatoribus siue loicis in modo diffiniendi: quoniam disputatores diffiniendo dicunt formam tantum. naturales vero dicunt materiaz. nam cum naturalis sit artifex realis considerat formā ſm esse reale ⁊ vt hz esse in materia. Ideo eam per materiam diffinit: dialeticus vero qz est artifex rationalis diffinit accipiendo solum rationem ⁊ formam absq̄ hoc q̄ in talibus diffinitionibus ponat materiam.

¶ Ratio quidē enim hec spēs rei. necesse est hanc autē esse in materia huiusmodi si erit.

¶ Declarat diffinitionem naturalem esse magis completam diffinitione dialetica. cum enim dixerit dialeticum diffinire per forma tantum ⁊ naturalem per materiam: subdit q̄ ratio siue quidditas exprimenda per diffinitionē est species rei ideſt forma que est in re ⁊ in materia: ⁊ necesse est hanc si erit esse in huius materia. i. in materia ſignata proportionata: ⁊ qz sicut aliquid se habet ad cē ita ad cognosci ⁊ diffiniri. Ideo diffinitio de forma que est in materia nunq̄ erit perfecta nisi in eo donatur materia.

¶ Sicut domus ratio quidē quedaz talis: quia congregatiuū ꝓhibens corruptiones a vētis ⁊ imbribus ⁊ caumatibus. hec autem dicit latetes ⁊ lapides ⁊ ligna: alia vero in his spēm ꝓpter ista. que igitur naturalis harū vtrūq̄z circa materiam rōnez sunt ignorans autq̄ circa rōnē: somnū autem magis que est ex vtriſq̄z. illoꝝ aūtem quis vterq̄.

¶ Distinguunt diuersa genera diffinitionum: vt ostendat que est naturalis ⁊ que nō dicens: q̄ ē vna diffinitio domꝰ data solum per formam qđ est cooperimentum prohibēs corruptiones a ventis imbribus ⁊ caumatibus. Alia est que dicit solum materiam: vt q̄ domus est lapides lateres ⁊ ligna. Tertia vero est que dicit speciem ⁊ formam i his ideſt in tali materia: quia lapidibus lateribus ⁊ lignis et ꝓpter ista ideſt ꝓpter talem finem. ſ. vt ꝓhibeat corruptiones ⁊c. Et tunc querit Ax. que istarum diffinitionum est naturalis. aut illa que dicit materiam tantum: aut illa que dicit tantum formam: aut magis illa que dicit vtrāq̄z. ſ. tam materiam q̄z formam. Et respondet Ax. dicens q̄ vtraq̄z. i. vtraq̄ diffinitionum dicentium materiā est naturalis. siue dicat materiam tantum. siue materiam ⁊ formam. diffinitio autem dicens solam formam non est naturalis. Intelligendum primo ſm Egidiuz q̄ Ax. illam diffinitionem appellat formalem que est demonstrationis principium ⁊ que imponit alijs necessitatem. illam vero materialem que est demonstrationis conclusio ⁊ cui necessitas imponitur. Cum ergo finis imponat necessitatem agenti ⁊ agens forme ⁊ forma materie. sequitē q̄ diffinitio data per causam finalem efficientem ⁊ formalem. est formalis respectu diffinitionis date per materiam. quare Ax. loquendo de diffinitionibus non distinguit inter finem ⁊ formam. ⁊ omnes datas per illas causas appellat formales. vnde appetitus vindicte est finis ire. ⁊ ꝓhibere corruptiones a ventis ⁊c. est finis ipsius domus ⁊ tamen ab Ax. dicuntur diffinitiones formales. dicitur etiaz posse q̄ ille diffinitiones sunt formales q: dantur per formam. licet etiam dentur per finem quoniam forma ⁊ finis coincidunt in idem vt patet per Ax. secundo phyſicoruz.

Intelligendum secundo ſm commentatorem commē to. xvi. q̄ qui accipit materiā in diffinitione: ⁊ dimittit formam in diffinitione diminute accipit. qui autez accipit formam ⁊ dimittit materiaz extimatur q̄ dimittat aliquid nō necessarium. sed non est ita. quoniam forma debet accipi i diffinitionibus ſm dispositiones in quibus existit. Philosophus ergo qui diffinit per materiam ⁊ formam melius diffinit q̄z loicus qui diffinit per formā tantum. tamē diffinitio loica per formam tantum ē perfectior naturali que est per solam materiam. Vnde vt secundo posteriorum habetur triplex est diffinitio. Vna que est principium demonstrationis ⁊ hec dicit formam tantum. Alia est que ē conclusio demonstrationis: ⁊ hec dicit tantum materiam. Tertia vero que est tota demonstratio positione differēs ⁊ hec dicit vtrunq̄.

¶ Aut non ē aliquis qui circa passiones materie non separabiles. sed physicus circa omnes quecunq̄z huius corporis ⁊ huius materie opa ⁊ passiones sunt circa. quascunq̄ autē nō inquātū hꝰ alius vt de quibusdam quidem artifex est n contingat vt instructor aut medicus non separabiliū quidem i quātū autem non talis corporis passiones. sed extrinsece mathematicus ſm autez q̄ omnino separate primus phylosophus.

¶ Separat naturalem ab alijs artificibus in modo considerandi de passionibus seu formis. ⁊ tria facit. Primo q̄ dictum est. Secundo quia digressionem, fecerat reuertē ad principale propositum. Tertio continuat dicta dicendis ostendendo, qualiter de anima sit inquirendum: ibi secunda. Sed redeundum: ibi tertia. Intendentes autem.

De prima dicit q̄ non est aliquis qui consideret passiones ⁊ opationes corporis physici inseparabiles ab eo inquantū inseparabiles sunt nisi naturalis qui ꝓsiderat om

nes passiones materie naturalis: hz q̄ sunt passiones eiꝰ a principio q̄ ē natura. ¶Passiones aūt que insunt corpori naturali inseparabiliter sm q̄ inseparabiles sūt nō quidem p principiū q̄ ē natura z ex necessitate. Sed p arteꝫ z voluntatē z cōingenter cōsiderat artifex mechanicus sicut istructor. i. carpentarius z medicus. s. cyrrūgicus: qui cōsiderat formā instrumenti manualis. Sed passiones non sepabiles a corpore naturali sm ee sed solū sm diffinitionem cōsiderat mathematicus. Ea aūt que sūt sepata a corpore seu materia tā sm cōsiderationē q̄z sm esse cōsiderat primus phylosophus. ¶Intelligēdū q̄ naturalis differt ab artifice practico mathematico z diuino in cōsiderando: quoniā naturalis considerat insepabilia a corpe naturali: z sm esse z diffinitionē sicut formā carnis aūt ossis z sm q̄ sunt in corpe naturali a principio q̄ est natura. Artifex aūt practicus considerat passiones a corpe naturali insepabiles: vt supra que ei insunt nō a natura. sed p arteꝫ aut voluntatē sicut formā domus: aut alterius rei artificiali. ¶Mathematicus considerat formas z passiones insepabiles a materia naturali sm esse. sepabiles tamen hz diffinitionem sicut sunt linea z superficies z reliqua huiusmodi. in quoꝝ diffinitionibus sm q̄ de ipsis considerat mathematicus non cadit materia sensibilis. sed solū intelligibilis. Vnde q̄znis mathematicus abstrahat a materia sensibili. non tamen abstrahit a materia intelligibili. nō enī cōsiderat circulū absq̄z semicirculis qui sūt ptes eius quantitatiue: z ex consequenti materia intelligibilis z quantitas de qua est geometria respectu suarū passionū dicit materia intelligibilis. Diuinꝰ vero considerat abstracta a materia sensibiliū sm esse q̄z sm diffinitionem. z etiam a materia intelligibili: sicut deuz z alias intelligentias sepatas licet cum hoc consideret etiā materialia hz q̄dditates coꝝ.

¶Sz redeundū ē vñ venit sermo. Dicebamus aūt q̄ passiones anime non separabiles a physica materia aialiū inquātū tales existūt: furor z timor: z non sicut linea z planum.

¶Reuertit ad principale ppositum dicens q̄ passiones anime de quibus fiebat sermo inseparabiles a materia physica aialium sm q̄ inseparabiles sūt sic furor z timor. i. sunt inseparabiles tā sm esse q̄z sm diffinitionem z nō sunt sicut linea z planum. i. superficies: hoc est non sunt inseparabiles solum sm esse: non aūt sm diffinitionem.

¶Intendentes autē de aīa necesse est simul dubitantes de quibus bene dubitare oportet p trāseuntes primoꝝ opiniones cōprehendere quecunq̄z aliquid de ipsa enunciauerūt: vt bene quidē dicta accipiamus. Si vero aliquid non bene: hec vereamur. ¶Principiuz aūt qōnis apponere q̄ maxime vident ipsi inesse sm naturā. Animatuz igit ab inaīato in duobus maxime differre videt motu z sēsu. Accepimus aūt a ꝓgenitoribus fere duo hec de anima.

¶ Ponit distinctionē ipsius pati ⁊ ꝓtinet tres ptes. In prima facit qdē dictū ē. in scda ostendit q ⁊ transitus de ignorātia ad habitū scie nō vere alterat siue patit sicut nec transitus de habitu ad actū ꝯsiderandi. in tertia q dicta sūt in his q spectant ad intellectū adaptat ad ea q spectāt ad sensū ibi. secūda. Vtrū nō bene ibi tertia Sensitiui aūt. De prima dicit q neqz agere neqz pati ē simplr in vno mō trium hz multiplr. Utrū vno mō dr pati de passiōe corruptiua: qa qs patitur a suo ꝓrio acgrēdo formā aliquā cū obiectōe formē illi ꝓrie. Alio mō dr de passiōe pfectiua q ē salus ⁊ receptio alicuius pfectōis absqz depditiōe alteri⁹ ab aliquo ente in actu nō ꝓrio sed silr illi i quo fit receptio sicut potētia se hz ad actū. Utrū speculās p habitū quē prius habuit nō vere alterat patit prmo mō cū nō trāsmutet a ꝓrio aliqd depdendo sed solū acgrit ⁊ ficipm deducit in actū ꝯsiderādi. aut si patit ē alterz genus passiōis a passiōe corruptiua qa ē passio pfectiua fo mō dicta. Intelligendū p fm ꝓm. cometo. lvj. q hoc nomē passio nō significat eandē intentionē simplicē sed qdā ē passio q ē corruptio patiētis a ꝓrio a quo patit vt passio calidi a frigido ⁊ būidi a sicco. cū. n. calidū agit i frigidū corrūpit frigidū ⁊ fit calidū. Alia aūt ē passio que est ruacio eius qō ē in potētia ei⁹ ab eo qō ē in actu. ⁊ hoc est duplex qa vel ē ruacio a nō ē ad pfectionē prmā sicut i puero q nō hz habitū aut ē ruacio a prma pfectiōe in fam sicut dum hns formā pus nō opās postea opat: ⁊ nulla istarū ē vera passio sed solū passio p mō supta. Intelligendū fo q licet potentia ⁊ actus opponāt relatiue: cū dicit Ax. q act⁹ assimilat potētie qa ē illi ꝓueniēs ⁊ ꝓporcionalis. qd. n. alterz ornat ⁊ perficit sicut actus se habet ad potentiā illi ē conueniens ⁊ ꝓporcionabile.

¶ Unde non bene habet dicere sapientem cum sapiat alterari: sicut neque edificatorem cum edificat. In actum quidem igitur ducens ex potentia ente fm intelligere ⁊ sapere non doctrinā: sed alteram habere denominationē iustum esse. Ex potentia autem ente addiscens ⁊ accipiens scientiam ab actu ente ⁊ didascalo: aut neqz pati dicendum sicut dictum est: aut duos esse modos alterationis: ⁊ eam que in priuatiuas dispositiones mutationem: ⁊ eam que in habitus ⁊ naturam.

¶ Dicit q trāsitus de ignorātia ad habitū scie nō ve alterat seu patit. d. q nō hns dr sapiente alterari cū sapiat ⁊ ad habitū scie trāsmutet: sicut nō hns dr edificatore alterari dum mutat ad actū edificādi. Silr ille q nus habit habitū scie sed fuit oblitus. si itez ex se veniat in actū fm intelligere aut scire nō dr doctrinari: sed iustū ē talē mutationē aliā denominatiōez hre. s. rememoratōz. sed ille q ex ignorantia accepit sciam a b aliquo actu ente ⁊ didascalo. i. ingrō hns fm doctrinatōz mutat: sed vt dictū ē nō ve patit seu alterat. Aut si talis pati dicat: tūc duos mōs alterationis ponam⁹. s. alterationē que ē mutatio i dispōnes puatiuas que ñ sūt ꝓria positiua: ⁊ hec ē alteratio perfectiua: ⁊ alterationem que ē in habitum ⁊ naturam idest in formam habentem contrarium positiuum: ⁊ hec est alteratio corruptiua.

Intelligendū circa illam partē. Accipiens sciētiā ab aliquo actu ente ⁊ dicit colo q̄ dupl̄r aliquis p̄t acgrere sciam aliquā. vno modo magistro docente ipsum ⁊ p̄ doctrinā. alio modo lumine intellectus agentis ⁊ p̄ intētionem ⁊ q̄ocūq; acquirat semper acquirit cā ab aliquo ente actu tali quale est addiscens in potentia. ⁊ hoc formaliter ⁊ virtualiter. vnde magister ē formaliter ⁊ actu talis p̄ habitū scie quem hz. Intellectus aūt agens est actu talis solū virtualiter p̄ quanto in virtute luminis eius fiunt nobis manifesta omnia p̄ncipia per se nota in quibus virtualiter cōtinent oēs cōclones. Et lz in vtraq; acquisitiōe fiat eodē modo p̄cessus de p̄ncipijs ad conclones ⁊ ens in potentia reducit ad actū ab aliquo ente actu: gatū hoc ē manifestū in acquisitiōe scie per doctrinā: ideo solum de illa ax. dedit exemplū. Dicit̄ dubitat̄ p̄ ga exemplū agere. sed recipe sciētiā est quoddā pati. ideo nō sequitur edificator dū edificat nō alteratur nec patit̄. g̃ nec recipiēs sciam patitur vel alterat̄. Sc̄o quia q̄ō hic dr̄ videtur cōtrariari ei q̄ supius dicebatur vbi asserebat ax. illum q̄ acquisiuit habitū scie esse alteratū per doctrinā ⁊ multotiēs mutatū ex habitu contrario. Tertio ga videt̄ q. aliqua actio scie sit vera alteratio ⁊ passio corruptiua vt q̄n aliqs habuerit habitū erroneū ⁊ p̄ rōnes ad oppositū factas acquisiuit habitū scientificū oppositū illi ⁊ erroneum amisit.

Rñdet̄ ad primā q̄ lz exemplū nō sit oīno sile: tamen in hoc est accipienda similitudo: q̄ō sicut edificator dū trāsit ad actū edificandi nihil deperdit: sic nec acquirēs habitum sciē merito hui⁹ aut transiens ad actū considerādi ꝓpterea nullus illoꝝ vere patit̄ aut alteratur. Ad sc̄m dicitur q̄ ax. vult hic q̄ acquirens sciam nō alterat̄ alteratione corrup tiua. supius aūt vult q̄ alteratur ip̄ope ⁊ pfective ⁊ ista nō repugnant. Ad tertiū dr̄ q̄ trāsiens de ignorantia negatiōis ad sciam nihil deperdit. trāsiens aūt̄ de ignorantia dispōnis bene p̄t aliquid depdere sed hoc cui q̄ esset passio ꝓpria sed ip̄opria ⁊ corruptiua. Ad illa nō erit passio ꝓpria ⁊ corruptiua plus requireretur q̄ p̄ forma habita corrūpatur. regreretur cui q̄ corrūpat̄ a forma aduenīēte que sit illi contraria ⁊ incōpossibilis q̄n tam ad simul esse in eodem subiecto qualiter nō est de habitibus duoꝝ ꝯdictoriorū. nā duo ꝯdictoria p̄t simul esse in eodē intellectu nec sunt oppositi quantū ad esse in sil: sed solum quantum ad rep̄sentationem ⁊ quantū ad coassensus cum idem intellectus non possit simul duobus assentire neq; habitus verus corrūpit habitū falsū: sed si i aduentu vnius corrūpitur alter hoc ē ex alia cā. s. ꝓpter defectū conseruantis: vt quia intellectus ipsius respuit nec p̄m ipm amplius considerat: sed eius opposito firmi⁹ adhereret. quare habitus ille continue ad cuane scientiā tendit donec ex toto ānihileatur.

¶ Sensitiui autem p̄ma quidem potentia mutatio fit a generante. cū autem generatum est habet iam sicut scia: ⁊ sentire. quod aūt p̄m actum sic dicit ipsi considerare. Differt autez quia huiusmodi actiua opationis extra sūt visibile ⁊ audibile. Similiter aūt ⁊ reliqua sensibiliū.

¶ Adaptat ad sensum que dicta erant circa scientiam ⁊ intellectum: ⁊ continet duas partes quia primo ostendit q̄ sicut circa intellectum est dare p̄mam perfectionem ⁊ secūdam: ita ꝓportionabiliter circa sensum: ponendo tamen differentiam inter mouens intellectum de prima in perfectione in secundam ⁊ mouens ipsum sensuz. Secūdo dat cām illius differentie ibi Causa autem. De prima dicit q̄ prima mutatio sensitiui per quam acquirit primam perfectionem est a generante ipsum tribuente ei virtutem sensitiuam. sed cum sensitiuum generatū est habet sicut scientiam: ita q̄ potentia sensitiua est primus actus sensitiui sicut scientia est primus actus intellectiui. Sentire vo qō est p̄m actum dicitur similiter ipsi considerare. quia sicut considerare est actus secūdus scientis: ita sentire est actus secūdus ipsius sentientis. Est tamē differentia in hoc q̄ que mouent sensum de prima perfectione in secundā videlicet operationem sunt ei extrinseca: vt visibile audibile ⁊ reliqua sensibilia. sed que mouent habentem habitū ad actum considerandi sunt intrinseca sibi. Intelligendum primo p̄m comentatorē comento. lx. q̄ prima transmutatio sentientis que est similis transmutationi hominis de ignorantia ad scientiam per doctorem est transmutatio q̄ fit per agens: quod educit virtutes sensitiuas de potentia materie generans animal ⁊ non a sensibilibus: ⁊ innuit differentiam inter primam perfectionem factam in sensu ⁊ vltimam. Opinatur enīz q̄ prima perfectio sensus fit ab intelligentia agente: vt declaratur in libro animaliū. Secunda autem perfectio fit a sensibilibus. vult itaq; comentator q̄ prima perfectio sensus sit virtus sensitiua que tribuitur animali ab intelligentia agēte aut tanq̄z ab agēte vniuersali: aut quia tribuitur a virtute formatiua que est in semine: vt declaratur in libro de animalibus: que ideo appellatur intelligentia agens quia occulte ⁊ mirabiliter operatur in productione animalis sicut intelligentia. Secunda autem perfectio sensus est species sensibilis vel sensatio que tribuitur animali a sensibilibus. Intelligendū secundo p̄m comentatorem comento eodem q̄ prima pfectio sensus differtur a scientia scientis quando non considerat actu in hoc q̄ mouens primam perfectionem in sensu ⁊ extrahens eam in secundam sunt extrinseca sensata vt visibilia. sed mouens scientem de prima perfectione in secunda est aliquid copulatum cum anima copulatione in esse. Illud ergo quod deducit sensum ad actum sentiendi est sensibile extrinsecum imprimendo sensui speciem suā sed illud quod mouet intellectum possibilem habentez habitum ad actum considerandi est aliquid copulatum anime p̄m esse vt declarabitur in parte imediate sequenti.

¶ Causa aūt quoniā singulariū quidem p̄m actuz sensus: scientia autem vniuersaliū. hec enim i ipsa quodammodo sunt omnia. vnde intelligere i ipsa est cum velit. Sentire autem non est in ipsa. Necessariū est autem esse sensibile. Similiter autem ⁊ hoc se habet in scientijs sensibilium: ⁊ ꝓpter eādem causam quia sensibilia singulariuz sunt: ⁊ exterioꝝ. Sed de his quidem certificare tempus fiet ⁊ in rursum.

¶ Declarat causam quare mouens sensum in secundam perfectionem est extrinsecum: mouens autem intellectum est intrinsecum dicens q̄ causa est. quia operatio sensus ē circa singularia que sunt illi extrinseca. sed scientia que est operatio intellectus est circa vniuersalia que sunt quodā modo in ipsa anima. propter quod anima habituata p̄t intelligere q̄ndocūq; voluerit. sed sensus siue anima nō potest sentire quandocunq; voluerit: cum ad actum sentiendi oportet sensibile presens esse. Vnde etiam in sciētijs sensibilium propter consimilem causam idem contingit scilicet q̄ anima non potest de illis scientiam habere nisi in eorum presentia: sed de his certificare tempus fiet in posterum. q̄ in sequentibus huius libri. Intelligendum primo secundum comentatorem comento. lx. q̄ sensus in actu non mouetur nisi motu qui dicitur comprehensio a reb⁹ particularib⁹ sensibilib⁹. ⁊ iste sūt extra aiam Intellect⁹ aūt mouet ad vltimā pfectionē a reb⁹ vlibus ⁊ iste sūt i aia. Et dixit ⁊ iste q̄si sūt i aia q̄ post declarabit

q; ea que sūt de ꝑma pfectione intellectus sūt quasi sensibi
lia de prima pfectione sensus. s. in hoc q; ambo mouent
t sunt intentiões imaginabiles t iste sūt vniuersales po
tentia lz non actu: t ideo dixit t isti quasi sūt in aīa a non
dixit sūt quia intentio vl̄is nō a lia ab intentiõe imagina
ta. Ex quibus ꝑz q; sensus mouet ad actū sentiendi a sen
sibilibus: t per consequēs q; nō oporteret dare sensuum
actiuū intrinsecū aīali cuius oppositū aliqui ponūt. Intel
lectus aūt mouet ad actuz considerandi siue intelligendi
tanquā a motore ꝓpinquo a rebus vniuersalibus lz mo
tor ꝑncipalis intellectus possibilis sit intellectus agēs vt
post ostendet. Patet vlterius q; vniuersalia que mo
uent intellectū ad vltimā perfectionē sūt intentiões ima
ginate: que quia nō sunt actu vl̄es sicut species intelligi
biles que sūt abstracte sed solū potentia: cū ex ipsis ltmie
intellectus agentis abstrahant spēs intelligibiles actu vni
uersales. ideo nō sunt in aīa. s. intellectiua sed sūt quasi in
aīa ga sūt in sensu interiori intellectui deseruiente ad actū
intelligendi. Et ex hoc ꝑz q; mouentia intellectū ad postre
mā pfectionē sunt copulata cū anima copulatione in esse
quoniā ꝑm esse vniunt aie sensitiue. t ista sūt intentiões
imaginabiles ut dictū est. Intelligendū secūdo q; com
tator mouet dubitationem circa illud qđ dictū est sensibile
mouere actū sentiendi. illud enī non apparet vex: qa effe
ctus spūalis debet habere agens spūale cū effectus assimi
letur agenti. sed sensatio est spūalis t forma sensibilis ma
terialis. quare tc̄. Ad hoc ponit comētator duas rn̄/
siones. Prima est q; sensatio est spūalis non rōne agen
tis sed rōne materie in qua recipit: quia enim recipitur i
sensu qui est spūalis vnde fic dicit. Et pōt aliquis dicere
q; sensibilia nō mouent sensus illo modo quo existūt extra
aiam. mouent enī sensus ꝑm q; sunt intentiões cū in ma
teria non sint intensiones in actu sed in potentia. Se/
cūda responsio est q; sensibile, pducit sensationē tanquam
agens instrumentale: t qđ est dare agens spūale extrinse
cū a sensibus aialiū a sensibilibus ꝑncipaliter, pducēs sen
sationē t ab illo capit sensatio suam spūalitatem sicut etiā
fuit necesse in intellectu quoniā phantasma quia ē mate
riale nō pōt vigore ꝓprio ꝓducere in intellectu possibili
speciē abstracta. quare oz ad illius ꝓductionē concurrer
intellectū agentem qui est abstractus. Ax. aūt hoc tacuit
in sensu quia latet cū sit virtus organica t magis appa
ret in intellectū qui est virtus abstracta. Vnde cōmenta
tor eodē comento rēnuendo primā responsionē fic dicit.
Et non pōt aliquis dicere q; ista diuersitas accidat ꝓpt
diuersitatem subiecti ita q; fiant intentiones ꝓpter mate
riam spūalē que est sensus non ꝓpter motorem extrinse
cū. Melius est enī existimare q; causa in diuersitate mate
rie est diuersitas formax: non q; diuersitas materie fit cā
diuersitatis formax. t cū ita sit necesse est ponere motorē
extrinsecū in sensibus aialiū a sensibilibꝰ sicut fuit necesse
in intellectu. Visū est igit q; si concesserimus q; diuersi/
tas formax ē causa diuersitatis materie q; necesse erit mo
torē extrinsecū esse. sed Ax. tacuit hoc in sensu quia latet
t apparet in intellectu t tu debes hoc ꝑsiderare qm̄ idiget
pscrutatione. Ex quibus verbis apparet cōmentatorez
non ponere sensum agentem ineristentez aie sensitiue vt
aliqui dicūt cū voluisse sed potius extrinsecū a sensibꝰ quē
plures putant esse quendam intelligentiam speciex sensi
biliū t sensationū principaliter producti. nā sicut dicit etiā
de intellectu agente respectu specierx intelligibiliū t intel/
lectionem.

¶ Nūc autem tantum sit diffinitū: quoniam cū
non simpliciter sit qđ potentia dicitur. Sed aliud
quidem sicut si dicamus puex posse militare. Alli
ud autem sicut in etatē existentem fic habent sen
sitiuum.

¶ Facit summā cox que dicta sūt de potentia t de pati
ostendendo qualiter se habeant ad sensum. Et continet
duas ptes. quia ꝑmo reassumit que dicta sunt de potentia
secūdo de alterari seu pati ibi Quoniā aūt innoiata. Di
ꝑma dicit q; nūc si tn̄ dictū de potentia quod non dicit sim
pliciter t vno modo sed multipliciter. quoniam aliquid
dicitur in potentia ꝓpinqua sicut in etate ꝓuerus habēs
artem militie t non opans ꝑm eam est in potentia ad mi/
litandū. Sic similiter est de sensitiuo qđ aliquando est in
potentia remota ad sentire aliquando ꝓpinqua ut supius
dicebatur. Animal enī est in potentia siue illud ex quo ge
neratur aial est in potentia remota ad sentire. sed animal
actu nō operans ꝑm sensum est in potentia ꝓpinqua.

¶ Quoniam aūt innominata est ipsox differen
tia determinatū est aūt de his quoniā altera t quo
modo altera. vti autem necesse est ipsa pati t alte
rari tanquā ꝓprijs nominibus. Sensitiuū autem
est. Patitur quidē igitur non simile ens: passum
autem assimilatum est: t est quale illud.

¶ Nūc reassumit quod dictū fuit de pati t alterari ipsō
sensus dicens q; alteratio seu passio que fit in sensu nō ha
bet ꝓpriū nomen impositū tamen ē altera ab alteratiõe
t passione ꝓpria t corruptiua. t iam ostensum est supra q;
sunt altera t quō sūt altera. Nūc aūt determinando o sen
su necesse est vti ipso pati t alterari sensus ac si ista sint ꝑ
pria nota ipsox. Et tunc describendo sensitiuū dicit ipsū
esse tale in potentia quale est sensibile in actu vt prius est
ostensum. Vnde sensitiuū dū patit a sensibili nō est simi
le illi: sed postq; passum est assimilatū est tale quale est il
lud. Intelligendū q; sensitiuū anteq; recipiat speciē t
intentionē quam in eo ipримit forma sensibilis non ē si/
mile illi sed potius dissimile: sed postq; recipit eam factū
est simile ei. ideo dicit q; sensitiuū est tale in potentia sic
est sensibile in actu. t nō dicit q; sensitiuū est potentia sen
sibile in actu: nam sensitiuū nō recipit sensibile: ideo non
efficit sensibile sed recipit intentionē sensibilis per quaz
efficit simile illi t tale quale est illud. vnde si color recipet
in visu t non intentio coloris: tūc idē esset esse coloris in
aīa t extra aiam. sed esse coloris extra aiam nō est compre
hensio. ergo esse coloris in aīa siue in visu nō est compre
hensio: qđ tamē est falsum. Et hoc ponit ꝑm. cometo. ixij
sub talibus verbis: Manifestū est igit ex hoc qđ dixim⁹
q; sciens simpliciter est illud qđ est in potentia ad intentio
nem quā determinauimus de potentia ꝑ intentionem rei
sensibilis in pfectione. i. illud qđ innatū est perfici ꝑ intē
siones rex sensibiliū: nō per ipsas res sensibiles: t si non
tūc esse coloris in visu t in corpe esset idē. t si ita esset tūc
esse eius in visu nō eēt comprehensio. Et ideo dixit est illud
quod est in potentia sicut sensatum in pfectione: t non di
xit illud qđ est in potentia sensatū: quoniā si ita esset: tunc
idē esset esse coloris in visu t in sua materia. Dubitaē
vtx sensus sit virtus passiua. Arguit q; non quatuor ro
nibus hic inductis ab Alberto ex intentiõe aliox. Pri
ma rō. qñqz aliqua sic se habent q; vnū est supius t aliud
inferius in ordine nature. si inferius ꝑm oēs sui potenti
as est actiuū: oz q; etiam supius ꝑm oēs sui potentias sit
actiuū: cū supioris magis sit agere q; inferioris. sed ani/
ma sensitiua in ordine nature est supior q; vegetatiua et
vegetatiua oēs suas poten ias habet actiuas vt patuit su
pra. ergo aīa sensitiua oēs suas potentias habet actiuas et
ꝑ consequēs nullus sensus est virtus passiua. Secun/
da rō. Inferius qđ est materiale non agit in supius qđ ē

sensitiuo vegetatiuum est sicut instrumētum: ⁊ sensitiuus formale. sed forma sensibilis ē inferior ⁊ materialis respectu aie sensitiue. ⁊ aia sensitiua ē supior ⁊ formalis. ergo forma sensibilis non agit in aiam sensitiuā nec ī suas potētias. ⁊ p cōsequens nulla potētia sensitiua ē passiua q; si esset passiua marie esset a forma sensibili. Tertia ratio quilibet sensus iudicat de suo sensibili ꝓprio ⁊ non decipit circa ipm. sed iudicare ē quedā actio. ergo qlibet sensus ē actiuus: ⁊ sic nullus erit passiuus. Quarta rō est experimētis gbusdā accipit quoniā oculi mēstruatarū mulierū inficiunt aerē ⁊ specula. ⁊ oculi basilisci spargunt venenū ⁊ visu interficiūt. q nō fieret nisi visus ageret in aerem. ⁊ ī obiectū extrinsecuz. ꝙre ⁊c. Ad oppositū sunt Arx. ⁊ cōmētator. ꝓpo qstione sciēdū q; circa ipaz varij reperiunt modi dicēdi. Quidā ponūt q; qlibet sensus est passiu⁹ ⁊ q; ē nullus ē actiu⁹ saltez respectu sensatiōis exterioris addētes vlteri⁹ formā sensibilē cū specie ab eo producta esse agētia sufficiētia ad ꝓducēdū sensationē. Alij dixerūt q; iz qlibet sensus sit passiu⁹ respectu sui actus tñ cū hoc etiā ē actiuus imaginātes formā sensibilē solū ipm mere speciē suam in organo sensus qua ipressa tūc sensus elicit suū actum ⁊ sic ipm deducit ad actualē sensationez.

Non nulli aūt respectu cuiuscūq; generis sensibilium duos sensus posuerūt inexistentes aie sensitiue. vnū actuum sensatiōis tñ. ⁊ alterz receptiuū eiusdez vt visuz actuum ⁊ visuz passiuū ⁊ ita de ceteris. quaz opinionū que fit magis tenēda: vide ī questiōe mea satis ꝓlixa quā supposui. Cōmentator tñ supius aliā opinionē tetigit quā nō expresse asseruit sed ipam sub dubio derelinquit q; fuit Gandus vnus motor spiritualis extrinsecus a sensibus ⁊ alius a sensibilib⁹ qui fit cā ꝓductiua speciei sensibilis ⁊ sensatiōis. ⁊ hic videt eē quedā itelligentia. nā cū specie sensibilis ⁊ sensatio sint effect⁹ spirituales non potuerūt ꝓduci nisi vigore alicui⁹ agētis spiritualis. talis aūt nō videt esse nisi qui dictus ē. ꝙre ⁊c. Hāc aūt opinionē subtiliter ipugnat Albertus dicēs nō cē necessariū vnā esse cām multitudinis que ē in multis non fm rōem vnam sed fm rōnes equiuocas. sed esse spirituale formae sensibilis nō vna rōe inuenit in oib⁹ cum vna sit spiritualior alia. Vnde ēlitas tangibilis fz esse materiale inuenit in medio ⁊ organo. sed qualitas visibilis solum scōm esse intentionale vel spirituale ⁊ que habēt ,ideꝫ medium sicut visibilia audibilia ⁊c: nō habent ipm scōm vnā naturam sed scōm diuersas vt infra patebit. ⁊ spiritualius hēt eē cū lor in medio ꝙz sonus ⁊ son⁹ ꝙz odor. ꝓpterea vent⁹ nō affert vl auffert colores sonos aūt affert vl auffert i ⁊ odores ex toto vt pz experientia. Vñ sensibile qđ sentit ꝓ medīū extrinsecū scōm aliud esse ē in corpore sensibili. ⁊ scōm aliud in medio vl organo qñ in corpe sensibili est tuale qđ in nullis plurib⁹ sensibus ē vnius rōnis. Et si querat quid tribuit sensibilib⁹ tale esse spirituale. Respondet q; hec ē fatua questio sicut fatuū ē querere qd tribuat luci quod luceat fm actum cū hic sit ꝓprius ei⁹ esse/rante. sed scōm esse spirituale scōm qđ habet esse sensibile se ipsam generat in medio vel organo sensus. cū ipa fit per se causa sui esse sensibilis in secundo modo dicendi per se. Tenendo itaqz oēm sensum esse virtutē passiuam respondetur rationibus ad oppositum huius supius adductis. Ad primā concedo q; anima sensibilis ē superior ⁊ nobilior vegetabili ⁊ tamen non oportet qđ si vegetabilis sit actiua q; sensibilis non sit passiua qz sensibilis non patitur a vegetabili. Vnde cum pati sensibile ⁊ agere vegetabilis sint diuersaz rationum non ordinā tur in natura sensibilis ⁊ vegetabilis secundum agere ⁊ pati: sed magis per hoc qđ vbicunq; est vegetatiuum ibi sicut motor principalis. Vñ nutritiua generat carnem que ē medium ī tactu. ⁊ generatiua ꝓducit organa sensibus deseruiētia quare ⁊c. Ad scōam respōdet Albertus q; forma sensibilis nō agit ī aiam sensitiuā. sed ī organum suuz. tñ non incōuenit qđ minus pfectum agat ī magis pfectum. Ad tertiaz dicit qđ licet qlibet sensus sit passiu⁹. tñ per formā sensibilis existentem in ipo p quam fit in actu agere pōt sicut hūs habitum pōt cōsiderare. Et si quis vellet tenere sensuz esse pure passiuum respectu sue ꝓprie cognitiōis dicere posset q; sensus non aliter iudicat de sensibili nisi qđ ipm cognoscit: ⁊ talis cognitio respectu eius est passio ⁊ nō actio. Ad quartā patet qđ visus non inficit speculum neqz venenat aerem. sz talia fiūt a vaporibus qui p oculos egrediunt ⁊ ab ipsis resoluunt cū sint iter ceteras ptes aialis porosiores ⁊ passibiliores.

Scendum aūt est fm vnum quēqz sensum de sensibilibus. ꝓio dicit aūt sensibile tripliciter quoz duo quidē dicim⁹ p se sentiri. vnū aūt secūdum accidens Duoz aūt aliud quidē ꝓprium est. aliud autem cōmune omnium.

¶ Istud est scōm capitulum huius quarti tractatus in q Ax. determinat de sensibili vniuersaliter. Et continet duas ptes. Quia p ponit vnam distinctionez de ipso sensibili. secundo declarat mēbra ipsi⁹ ibi. De prima cōtinuando ad precedentia. dicit p dicendū esse scōm vnū quēqz sensum de sensibilib⁹. Sensibile aūt est triplex. ⁊ illoz duo sunt sensibilia per se. ⁊ tertiū est sensibile p accidens. ⁊ duoz sensibilium p se: aliud vniuscuiusqz est ꝓprium aliud vero cōmune oīum. Intelligendū qđ hec diuisio sic pōt reduci ad bimēbrem. Omne sensibile aut ē sensibile p se: aut p accidens. Si per se iterum duplici ter q; aut ē. sensibile, ꝓprium: aut est sensibile cōmune.

¶ Dico aūt ꝓpriū quidē qđ non cōtingit altero sensu sentiri: ⁊ circa qđ non ꝓtingit errare vt visus coloris: ⁊ auditus soni: ⁊ gustus humoris. Tactus aūt plures habet differētias: sz vnusquisqz iudicat de his. ⁊ nō decipit visus qñ color. neqz auditus qñ sonus. sz quidē coloratū aut vbi: aut quid sonans. huiusmodi quidem igitur dicunt ꝓpria vniuscuiusqz.

¶ Declarat membra diuisionis. Et continet tres partes Quia primo oūdit quid est sensibile ꝓprium. Scōo qđ est sensibile cōmune. Tertio quid ē sensibile p accidens: ibi Fa. Cōia autem. ibi tertia. Secundum accidens aūt De prima dicit describendo sensibile ꝓprium qđ est illđ qđ non contingit altero sensu sentiri. sz vno tñ. loquendo de exteriori. ⁊ circa quod non contingit sensum illius perceptiuum errare. vnde color a solo visu est perceptibilis ⁊ sonus a solo auditu ⁊ odor a solo olfactu. ⁊ sapor a solo gustu. Qualitates autez tangibiles q; a solo tactu sūt pceptibiles plures differentias habēt vnicum nomen nō habētes. ⁊ circa hec sensibilia sensus pticulares nō errāt sed vnusquisqz recte iudicat de suo sensibili ꝓprio. ⁊ nō decipitur visus de colore quoniam color neqz auditus de sono qñ sonus ⁊ ita de reliquis. Errat aūt circa differētiā horum sensibiliū vt errat visus circa coloratum quid est aut vbi est. ⁊ auditus circa sonus qd sit aut vbi. ⁊ consilr de alijs. Ista igitur sensibilia que dicta sunt sunt ꝓpria sensibilia sensuū exterioꝝ. Intelligendum primo scōm cōmētatorem cōmto. lxiij. q; vnusquisqz sensuū iudicat suum sensatum ꝓprium ⁊ non errat in eo ī maiori parte. Visus. n. non errat in colore, vtrum sit albus vel niger. neqz auditus in voce. vtrum sit grauis aut acuta.

sed isti sen[illegible]s errant in cōprehēdendo differentias idiui duox istox sensibiliuz. Verbi gra in ꝓprehēdendo istud albū quod ē nix. aut differentias locoruz illox. verbi gra vt cōprehēdāt qō istud albū ē supius aut iferius. ¶Dos sumus igit dicere copulando tertiuz cū cōsito in ꝓposito tria quoꝝ ꝓmum ē q sensus exterior nō decipit circa obiectuz ꝓpriuz primū ⁊ adequatū vt visus qm color ⁊c.

Secōm ē q sensus exterior nō errat circa sensibile ꝓprium nō adequatū in maiori pte vt visus. vtrū color sit albedo vl nigredo. Errat tn qnqz ꝓpter defectuz alicui⁹ trium cōditionū ad rectum iudiciū de spēb⁹ cōtentis sub primo obiecto requisitox. que sūt debita approximatio obiecti. debita dispositio medij. ⁊ debita organi dispositō. Vñ ꝓpter defectum prie albū visum a longe iudicat nigrū. ⁊ ꝓpter defectuz secunde album visuz per vitrū viride iudicatur viride. Et propter defectū tertie itericus oia exterius ab eo visa iudicat citrini coloris. Quā uis Albertus dicat q in nullo horx iudiciox sensus exteriozis sit error. quoniā sensus exterior nō iudicat de sensibili fm esse reale siue materiale qō hz in corpe sensibili. quia vt sic nō hz esse sensibile. sed solū fm esse intentiōale aut spirituale qō habz in medio vl organo sensus. Vñ licet color visus ab iterico i corpe sensibili sit albedo. in oculo tamen habz esse alteratū ad citrinitatē. ideo talis iudicat sicut est i rei veritate. sed hec opinio cōmuniter nō tenet. Tertium est q sensus exteriox illis etiam conditiōib⁹ stantibus frequenter decipit circa differentias sui sensibilis proprij. vt quid ē coloratū aut vbi ⁊c. Intelligendum scdo fm comentatoreꝝ i expositione illius partis textus. Sed quid coloratū est aut vbi ⁊c. q Ax. non intendebat q sensus comprehēdit essentias rex sicut quidaz extimauerūt. hoc enim ē alterius potētie que dicit intellectus sed intendebat q sensus cū ho ccomprehendit sua sensibilia propria comprehēdit intentiones idiuiduales diuersaꝝ in generibus ⁊ specieb⁹. Cōprehendit igitur intētionez hui⁹ hominis individualis ⁊ intentionē huius equi individualis: ⁊ vniuersaliter intentionē vniuscuiusq decē predicamentox individualiuz: ⁊ hoc videtur esse propriū sensib⁹ hois. Vnde dicit Ax. in libro de sensu ⁊ sensato q sensus alioꝝ aialium nō sunt sicut sensus hois: aut silr huic sermoni. Et ista intentio individualis est illa quā distinguit virtus cogitatiua a forma imaginatiua: ⁊ expoliat cā ab eis que sunt adiuncta cū ea ex istis sensibilib⁹ cōibus ⁊ propriis: ⁊ reponit cā in memoratiua: ⁊ hec eadem est illa quam ꝓprehendit imaginatiua. sed imaginatiua comprehendit eam cōiunctam istis sensibilib⁹ licet eis cōprehensio. s. cogitatiue virtutis sit magis spiritualis: vt alibi determinatum est. Et quibus dictis tria elici possunt. ¶Primum est differentia sensus ad intellectum qū intellectus cōprendit essentias rex vniuersaliter ⁊ abstracte: sensus cōprehendit solum individualiter ⁊ signate. Secundū est differentia inter sensus hominis ⁊ sensus aliorum aialium cōiter loquendo de sensu. Nam sensus hominis cognoscunt differentias individuales oium decez predicamentox vt sortem: cum hac quantitate cū hoc colore: cum hac paternitate: ⁊ reliquis huiusmodi. Sensus aut est brutoꝝ ⁊ aliquas differentias individuales cognoscat nō tn oium predicamentorum: vnde nō cognoscūt differētias individuales substantie: aut relationis: aut alias plures. Tertium est inter cogitatiuam humanā ⁊ imaginatiuam. nā cogitatiua humana cognoscit intentionem individualē non sensatam p sensum exteriorez ⁊ eam distinguit a forma imaginata prius cognita per sensum exteriorem: ⁊ expoliat intentionem individualem a sensibilib⁹ propriis ⁊ cōibus ci adiunctis. ¶Potest. n. cogitatiua cognoscere sortem: vt hic homo nō apprehendendo eum: cum hac quantitate aut cum hoc colore: ⁊ ita de reliquis ⁊ intentionez individualē taliter expoliatam reponit in memoratiua. Imaginatiua autem intentionē individualem non pōt taliter expoliare: qz semp dū ea cō prehendit cum sensibilib⁹ ci adiūctis ipsaz cōprehendit.

Ex quo sequitur q cōprehensio cogitatiue ē magis spiritualis: qz imaginatiue: qm licet cogitatiua nō possit singulariter cognoscere: cum paucioribus tamen cōditionibus potest cognoscere qz aliqua alia virtus sensitiua.

¶Cōmunia aūt: motus: quies: numerus: figura magnitudo huiusmodi enim nullius vnius sūt propria: sz coia omib⁹. Tactui. n. motus aliqs sensibiliū ⁊ visui p se quidē igit sūt sensibilia hec sz accidēta.

¶Ostendit q sunt sensibilia cōia dicēs q sensibilia cōia sunt motus quies numerus figura ⁊ magnitudo. hec. n. nullius sensus sūt ꝓpria. sed oibus his accidit q sit cōia. Vnde motus est sensibilis a tactu ⁊ visu ⁊ ita de aliis: ⁊ hec sunt sensibilia per se. Intelligendū p fm comentatorem ꝓm. lxiij. q Ax. nō intendit q vniquodqz illoꝝ quinqz est cōe vnicuiqz sensuuz: vt intellectui Themistius ⁊ fm qō apparet. sed tria eox. s. motus ⁊ quies ⁊ numerus sūt cōia oibus. figura aūt ⁊ quantitas sūt cōia tactui ⁊ visui tm. Quidā tamen dicunt q oia sensibilia cōia sunt cōprehensibilia ab oibus sensib⁹: ⁊ q hoc vult Ax. vt dixit Themistius. Sed motus quies ⁊ numerus sunt ꝓprehensibilia distincte ab oibus sensibus. figura autez ⁊ magnitudo sunt ꝓprehensibilia distincte soluz a visu ⁊ tactu ⁊ confuse ab aliis tribus sensib⁹. Intelligendum secundo ꝟz comentatorē ꝓm. codē: q sensibilia ꝓpria ⁊ cōmunia sunt attributa sensib⁹ essentialiter vt manifestuz est. nō. n. possumus attribuere cōprehensionem sensuuz eis alio modo ab eo fm quez sunt sensum: fm q post subdit. Ista enim sūt cōprehensibilia sensuum: fm q sunt sensus nō fm q sūt aliqui sensus. Vult igitur comentator q sensibilia ꝓpria ⁊ cōmunia sunt sensibilia per se. q2 sunt sensibilia a sensib⁹ in quantū sensus: ⁊ nō vt aliq̄ sensus modo inferius declarando.

¶Hic dubitat circa textuz: vtrū quinqz ⁊ nō plura sint sensibilia cōia. s. motus quies ⁊c. Et prio arguit q non oia illa sunt sensibilia cōia: q2 omne sensibile cōmune ē sensibile per se sensu exteriori: sed non omnia illa sunt huiusmodi. igit ⁊c.

¶Pater ꝓma cum maiore ex Ax. ⁊ Comentatore hic. ⁊ minoꝝ probat: q2 licet de magnitudine ⁊ figura illud posset saluari: non tamen videt posse saluari de numero qui est indiuisibilib⁹ constituit: que a sensu exteriori non cōprehenduntur: similiter nec de motu de quo non habemus nisi mutatum esse: quod ponitur indiuisibilis ⁊ a fortiori nec de quiete que est priuatio ⁊ non ens. Deinde arguitur q sint plura illis q per spectiemis: qui ponit ea decem ⁊ nouē. Secundo dubitatur circa comēti. q2 eo vt contradictio. ¶Nā dicit in fine comenti q sensibilia cōia sunt sensibilia a sensibus. fm q sunt sensus. Et ex hoc sequitur q oia sensibilia cōia sunt sensibilia ab oibus sensibilibus: q2 vt habet primo posteriox: fm q ipsuz ꝓcluditur de omni: ⁊ de oi includit vniuersalitatem subiectorum ⁊ temporum ⁊ tamen in principio ꝓm. dicitur expresse oppositum huius. s. aliqua sensibilia cōmunia esse solum comprehensibilia a duobus sensibus contra Themistium.

¶Respondet ad primuz q plura illis quinqz sunt sensibilia communia: sed Ax. hic solum determinat de illis que sunt necessario subiecta immutationis sensibilium propinquum necessitate propinqus aut remota. Vnde necesse est magnitudinem ⁊ figuram vniri colori. vt visum immutet: magnitudinem quidem necessitate propinqua ⁊ immediate figuram vero necessitate remota q mediante magnitudine. Et silr se habet motus respectu soni: cū sonus necessario in motu fundatur: ⁊ eodem modo motus

ꝛ quies se hñt respectu alioꝝ sensibilium ꝓpriorꝝ cuꝫ ipa necessario in eodem subiecto vniañ cum motu vel cum quiete. ꝛ sic̃r omne subiectū sensibilis ꝓprij est vnum vl multa. vñ per numerꝝ ēt vnitatem intelligere debemus. Alia vero sensibilia cōmunia nō necessario vniuñ sensibilibus ꝓprijs ad hoc vt imutēt. sicut similitudo dissimilitudo. pulchritudo ꝛ turpitudo ꝛ reliqua huiusmodi. Non nulli aūt hec alia ad illa quinqꝫ reducunt. Sed cuꝫ dicit̃ postea ꝙ numerus motus ꝛ quies nō sunt ꝓ se sensibilia sensu exteriori. dico ꝙ sentiuñ ꝓ se sensu exteriori cū concursu tñ sensus interioris. Vnde pluralitas ꝛ distinctio non cōprehenduñ sensu nisi concurrat interior. sic̃r neqꝫ motus. ad cuius cognitionē oꝫ cognoscere priꝰ ꝛ posteriꝰ sibi iuicem succedētia qđ nō fit nisi ꝓcurrat memoratiua ꝛ altera virtus interior cognoscitiua: idē est de gre vnū vel multa motuꝫ vel quietū qꝫ ipm cōprehendere vnitatem vel numerꝝ motū vel quietē. Vtrū aūt fit eadem causa qua tam sensibilia ꝓpria qꝫ cōmunia sint sensibilia ꝓ se aut alia ꝛ alia post apparebit. Ad hm dicitur ꝙ cū ponit commentator ꝙ sensibilia cōmuna sentiuntur a sensibus inquantū sensus nō plus volunt nisi ꝙ sensibilia cōmunia sentiuñ a sensibus ꝓ naturā cōmunē oibꝰ aut pluribus sensibus oium aut plurium aialiuꝫ specie differentiū ꝛ non sentiuñ a sensibꝰ vt aliqui sensus vel aliꝰ motus ges ꝛ numerus sentiuñ per naturā cōmunē oibꝰ sensibus. sed magnitudo ꝛ figura sentiuñ per naturam cōmunem solum visui ꝛ tactui. Et per hoc ꝙ dicit̃ ꝙ non sentiuntur a sensibꝰ vt aliqui sensus differunt sensibilia cōmunia ab intentionibus indiuidualibꝰ que sentiuntur a sensibꝰ vt aliqui sensus vt patebit in comento sequēti.

¶ Secundum accidens aūt dicitur sensibile: vt si album sit Diarij filius: hm accidens etenim hoc sentitur: quoniam accidit albo hoc qđ sentit̃. vnde nihil patitur hm ꝙ huiusmodi est a sensibili. sensibilium aūt hm se ꝓprie ꝓpria sensibilia sunt: ꝛ ad que substantia acta nata est vnuscuiusqꝫ sensus.

¶ Nunc ostendit quid sit sensibile per accidens dicens ꝙ sensibile ꝓ accidens est illud quod accidit sensibili ꝓ se vt diarij filius dicit̃ sensibilis per accidens qui accidit albo qđ est sensibile per se. dato ꝙ diarij filiꝰ sit albus. vñ a sensibili per accidēs vt sic nihil patitur sensus. Et subdit ꝙ sensibilium ꝓ se sensibilia ꝓpria sūt ꝓ sensibilia. sensibilia aūt cōmunia sunt secundo sensibilia. ꝛ mediantibꝰ sensibilibus ꝓprijs. Vñ ꝓ sensibilia ꝓpria vnuscuiusqꝫ sensus particularis substantia apta nata ē notificari ꝛ diffiniri. vt in ꝓsequendo patebit. Intelligendū ꝙ cōmentator cōmēto. lxv. mouet duas dubitationes. Prima cōtra hoc qđ dictuꝫ est de sensibilibus per accidens: quia si sensibile per accidens ē illud qđ accidit sensibili per se cū sensibilia cōmunia vt motus figura ꝛc. accidant sensibilibus ꝓprijs que sunt sensibilia per se. sequit̃ ꝙ sensibilia cōmunia sunt sensibilia ꝓ accidens. Secūda dubitatio mouet̃ contra id qđ dictum est de sensibilibus cōmunibus ꝙ sunt sensibilia ꝓ se: qꝛ si sensibilia cōmunia sunt sensibilia per se. quia sentiuñ ab omnibus sensibus. cū igitur ꝙ intentiones indiuiduales sentiañ ab oibus sensibus: sequitur ꝙ intentiones indiuiduales sūt sensibilia ꝓ se. pūs falsum. qꝛ nec sunt sensibilia ꝓpria nec cōmunia. Has dubitationes solut commentator dicens. Et possumus dicere in hoc duos sermones quoꝝ vnus ē ꝙ ista cōmunicatio magis videt̃ necessaria ineſſe proprioꝝ sensibiliū. Verbi gratia quantitatis. Color. n. nō denudat̃ ab ea ꝛ similiter calor ꝛ frigus que appropriañ tactui. color. n. ū est necesse: vt sit i Socrate aut Platone. neqꝫ necessitate ꝓpinqua neqꝫ remota. Est igit̃ tanta cōmunicatio sensibiliuꝫ cōmuniū cū ꝓprijs ꝙ sunt necessario subiecta imutationis coꝝ: siue ad hoc vt imutent vt supius dicebatur. Vñ nisi color esset i magnitudie imutare nō posset. ꝛ propter hoc sensibilia cōmunia sūt sensibilia per se. ſz nō est tāta cōmunicatio idiuiduoꝝ subſtātie cū accidentibus ꝓprijs. Nā licet accidentia propria ꝓ suo esse naturali requirāt subſtantiā nō tamen de se ea idiget̃ ad hoc vt immutent. Dato. n. ꝙ color eēt in quātitate absqꝫ subſtātia. vt in sacramēto altaris cōtingit. nihilominus mediū imutaret ꝛ organū ꝓp qđ subſtantia ⁊ est solū sensibilis ꝓ accidēs. ꝛ p hoc soluit̃ dubitatio ꝓia. Post subdit solucndo dubitationē sc̃dam. Et ēt sensibilia cōmunia vt ō clarabit̃. sunt propria sensui cōmuni quēadmodū ista sūt ꝓpria vnicuiqꝫ sensum ꝛ cōprehensio intentiōis idiuidualis licet sit actio sensus cōmunis. ꝛ ideo plures indigent in cōprehensione intentionis indiuidualis vti pluribus vno sensu. vt vtitur medici in sciendo vitā eius q extimatur habere repletionem venarū. tamē videt̃ ꝙ ista actio ē sensus cōmunis. nō sc̃dm ꝙ est sensus cōmunis. sed secūdum ꝙ est sensus alicuius animalis. Verbi gra aialis intelligentis. ¶ Iste igit̃ est etiam alius modus modoꝝ hm accidens. sc̃dm ꝙ accidit sensibus comprehendere differentias idiuiduaꝝ hm ꝙ sunt indiuidua nō sc̃dm ꝙ sunt sensus simplices. ſz sc̃dm ꝙ sunt humani ꝛ precipue differentie substantialis. videtur. n. ꝙ comprehensio intentionum indiuidualiuꝫ substātiaꝝ de quibus intellect̃ considerat est ꝓpria sensibus hominū. Vult itaqꝫ comentator ꝙ sensibilia cōmunia sunt sensibilia ꝓ se. quia sūt sensibilia a sensu cōmuni sc̃dm ꝙ sensus cōmunis. i. a sensu cōmuniter sumpto seu ꝓ naturā cōmunem oibus aut pluribus sensibus omnium vel plurium animaliuꝫ vt superius dicebat̃. Differentie aūt indiuiduales ꝛ maxime substantiales dicuntur sentiri per accidens. quia non sentiūt̃ a sensu inquantum sensum simpliciter. sed in quantū sensus animalis intelligentis. cum solum sensus humani ꝓpter cogitatiuꝫ que ē intellectui valde propinqua possūt comprehendere intentiones indiuiduales decem predicamentoꝝ. Dubitatur vtrū sensibilia cōia sint sensibilia ꝓ se. Arguit̃ ꝙ non. Primo. Quod est sensibile per aliud non est sensibile ꝓ se. sed quodlibet sensibile commune ē sensibile ꝓ aliud. s. ꝓ sensibile ꝓprium secū coniunctum igitur ꝛc. Secūdo si sensibilia communia essent sensibilia per se aut per se primo: aut ꝓ se. non primo. Non ꝓ se primo qꝛ illa sunt sensibilia ꝓpria vt dicit commentator. Nec per se non primo: qꝛ tunc essent eadem essentialiter cum sensibilibꝰ ꝓprijs que sunt sensibilia per se primo.

Tertio omne sensibile per se potest propriam speciem imprimere in sensum. qꝛ vt dicit Ax. in littera a sensibili per accidens vt sic non patit̃ sensus: ergo per oppositum a sensibili per se debet pati posse sensus. sed sensibile commune non potest propriā speciē multiplicare vt videtur manifestuꝫ de motu ꝛ quiete ꝛ numero: quare ꝛc. Quarto arguit̃ specialiter de quiete: ꝙꝛ sicut se habet ꝓpriatio sensibilis ꝓprij ad sensibile ꝓprium: sic se habet priuatio sensibilis communis ad sensibile commune per conuenientem similitudinē. sed priuatio sensibilis ꝓprij est sensibilis solū per accidēs. ab eo sensu a quo sensibile ꝓpriū est sensibile per se. ergo ꝛ priuatio sensibilis cōmunis sed quies est ꝓpriatio motus qui est sensibile cōmune: quare ꝛc. patet consequētia ꝛ maioꝝ ꝛ minoꝝ habebitur infra ab Ax. vbi ostēdit ꝙ tenebra filētium ꝛ huiusmodi sunt sensibilia soluꝫ per accidēs. In oppositū ē Ax. i littera ꝛ cōmentator qui assignauit duos modos hm quos sensibilia communia sūt sensibilia ꝓ se oppositos duobꝰ modis

quibus aliquid dicit sensibile per accidēs. Uñ dupliciter aliquid ē sensibile per accidens. ¶Primo quia non sensibile sm se: sed accidentaliter conūgitur sensibili p/prio sic q̄ non est necessario sumn subiectuz imutationis necessitate ꝓpinqua vel remota: ⁊ sic individua substantie vt sortes vl' plato sunt sensibilia per accidēs. Secūdo modo aliquid dicitur sensibile p accidens. quia ē sensibile a sensibus non vt sensus. sed vt sensus alig vt hominis tñ. ⁊ sic differēte individuales sunt sensibiles per accidēs. Et duobus modis bis oppositis sensibilia cōia sunt sensibilia per se. ¶Primo q̄ sunt necessario subiecta imutationis sensibilium ꝓpriox. Secūdo q̄ sunt sensibilia a sensib⁹ scōm q̄ sensus ⁊ nō vt aliqui sensus. Sed tunc posset aliquis dubitare quomodo sensibilia propria sunt sensibilia p se. ⁊ vtrū eadem sit causa essendi sensibile per se in sensibilib⁹ ꝓprijs ⁊ cōmunibus. Et quātum ad hoc inueniunt varij modi dicēdi. Sanctus Thōas dicit q̄ quia sentire consistit in pati ⁊ alterari ipsius sensus: illud quod facit differentiā in tali alteratiōe est sensibile p se: quod aūt in tali alteratione nullā differentiam facit esse sensibile p accidens: In alteratione aūt sensus dupliciter aliquid potest facere differentiā. Uno modo quantuz ad speciem que sensui imprimit: ⁊ sic sensibilia ꝓpria faciūt differentiā circa alteratiōez sensus: quia aliam speciez imprimit color: ⁊ aliam sonus: ⁊ ita de alijs. Alio modo potest aliquid facere differentiam circa alterationē sensus nō quantum ad speciē sed solum quantū ad modum actionis: ⁊ isto modo sensibilia cōia faciunt differentiā in alteratione sensus: quoniam aliter alteraī sensus a sensibili proprio secundū quod ē in magnitudine maiori vel minori motu vel quiescente vnius figure vel alterius: ⁊ ita de alijs. Ex quibus sequit q̄ est vna generalis ratio oībus sensibilibus per se: quare sunt talia. s. facere differentiam circa alterationē sensus. licet differāt in rationibus spiritualibus sensibilia ꝓpria a cōibus: vt statim declaratū fuit. Hec tñ via plerisq̄ solet morderi. ¶Prio quia color coniūctus motui aut nihil imprimit in visu nisi quod imprimit sine motu aut etiā imprimit aliquid aliud

Si nihil tunc motus nullam faciet diuersitatem circa talem imutationē. si aliquid illud nō potest esse nisi spēs motus ꝓpria distincta a specie ꝓpria coloris ⁊ per consequens nō solum sensibilia propria diuersificant alterationem sensus quantū ad speciem sed etiam sensibilia cōmunia contra positionem. Secūdo visus cognoscit colorē magnitudinez figuram ⁊ motus per cognitiones diuersas vt videtur manifestum. sed cognitiones sic diuerse nō producunt per vnam speciem vt notum videt. ergo producuntur per diuersas: ⁊ p ons sequitur q̄ omnia illa sensibilia siue propria siue cōmuna hūt species propriaſ. Et prio isto facit auctoritas Ax. infra illo capitulo. Quod āt non sit sensus: vbi loquens de sensibilibus cōibus dicit q̄ omnia hec motu quodaz sentimus. Ad hec similia potest responderi. Ad primuz dicendo q̄ color motus eādem speciem imprimit in sensu quam imprimeret dato q̄ quiesceret. sed eam iprimit alio modo: ⁊ hoc facit diuersitatem circa illam imutationem. Unde dum color quiescit imprimit speciem suam continue in eādem partē oculi. sed dum monetur eam imprimit successiue in partibus diuersis. ⁊ fit'r aliter seu sm alias es figillat oculum dum coniungitur vni figure. ⁊ aliter dum coniungitur alteri. ita de alijs. Ad sm concedo q̄ visus diuersis cognitionibus cognoscit colorem motuz ⁊c. sed tamen omnes ille fiunt mediante sola specie coloris que deseruit ad omnes illas cognitiones ordine quodam: q̄ per prius sm naturam concurrit ad cognitionē coloris: ⁊ per posteri⁹ ad cognitionem sensibilium coniunctox colori. Ad auctoritatem Ax. concedo q̄ sensibilia cōia cognoscunt motus facto in sensu. sz ille non fit a sensibilibus communibus p suas species: sz fit per speciem sensibilis proprij cui conjunguntur. Egidius autē tenet q̄ nō solum sensibilia propria agunt in sensus. sed etiam sensibilia cōia quoniā sunt propria materia sensibiliū proprioz: ⁊ propria materia coagit cum sua forma: licet actio sit principaliter a forma: ⁊ secundario a materia. sed tñ sensibilia cōia eaſdem producunt proprias species: q̄ non habent: sed illas easdem producunt quas producunt sensibilia propria quib⁹ vnitur modo iam dicto. ⁊ hoc nituntur declarare p rationes q̄ pro nunc breuitatis causa relinquo ⁊ sic omne qđ est productiuum spēi sensibilis i organo sensus ē sensibile p se. ⁊ hoc faciunt tā sensibilia propria q̄z cōia. licet differenter

Alber. aūt quem Joannes de Bandano isequitur videtur q̄ omne sensibile per se sit productiuum ꝓprie speciei in organo sensus: ⁊ q̄ ex hoc dicaī sensibile per se cui non puto ex toto esse assentiendū q̄ non video quam speciem habeat motus: cum de ipo non sit simul nisi mutatum esse qđ est indiuisibile: ⁊ de quiete qui est mor⁹ priuatio ipsimet asserunt ab ipsa veritate coacti q̄ propriam speciem nō habent. Plumerus ēt qui ex vnitatibus in diuisibilibus ē compositus speciē propriam multiplicare nō poterit: quare magis tutum apparet primā vel secundam positionem imitari q̄z istaz: nisi quis auctoritati tanti viri minus afficeretur. Lomentator vero cometo. lxiij visus est tenuisse vnam esse causam oībus sensibilibus per se q̄ re sint talia alia a predictis. s. q̄ sunt sensibilia a sensibus sm q̄ sunt sensus ⁊ non secundum q̄ sunt aliqui sensus: quod tñ indifferenter intelligi habet de sensibilibus cōibus ⁊ ꝓprijs: qñ sensibilia cōia a sensibus particularibus ⁊ ꝓprijs sm q̄ sunt sensus cōiter ⁊ per naturam generis sensus: vt supra expositum fuit. sed sensibilia sunt sensibilia a sensibus particularibus: secundum q̄ sunt sensus particulares ⁊ per naturam speciei sensus: vt color: est sensibilis a visu vt visus ⁊ nō solum a visu hominis. sed etiā equi ⁊ canis: ⁊ ita de alijs: ⁊ sic se hz sonus respectu auditus: ⁊ pariter dicendum i alijs. Et hoc etiam voluit commentator: cometo. lxv. dum dixit. Et etiam sensibilia cōia vt declarabitur sunt propria sensui cōmuni. i. sensui vniuersali supto: quēadmodum ista. s. sensibilia ꝓpria fiūt ꝓa vnicuiq̄ sensuū. His habitis respodeī ad rationes ante oppositum factas. Ad prima concedo q̄ illud qđ est sensibile per aliud formaliter non est sensibile per se. sed sensibile cōe non est huiusmodi cum sm naturam suā sit sensibile: tamen sentitur per aliud effectiue. s. per speciem sensibilis ꝓprij secum coniuncti que primo ordine nature facit coniunctionem sensibilis ꝓprij ⁊ secundario sensibilis cōis. Ideo sensibilia propria fiūt primo sensibilia: ⁊ sensibilia cōmunia secundario: vt dicit cōmentator in fine comenti. lxv. Ad secundā patet q̄ sensibilia cōmunia sunt sensibilia p se secundo: ⁊ negatur cōsequentia cum infertur q̄ essent eadez essentialiter cum sensibilibus ꝓprijs: que sunt sensibilia per se primo: quoniaz sensibilia propria sint primo sensibilia primitate principalitatis: nō tñ sunt primo sensibilia primitate cōitatis: quod tamen requireret si illa ꝓpria deberet valere. Et si quaratur quod est obiectiū primo sensibile primitate cōitatis.

Rñdetur quod illud non habet vnuz simplex nomen sed potest circūscribi: q̄ est forma per se nata diuersificare alterationes sensus: ⁊ tunc concedo q̄ sensibile cōe est essentialiter idem qđ forma per se nata ⁊c. Ad tertiam negatur qđ omne sensibile per se sit productiuum speciei i sensu: sed sufficit q̄ producat speciem vel diuersificet per actionem eius in sensu: qđ de sensibili per accidens non contingit. Ad quartam negatur maior si oīmoda simultudo itelligaī: qñ cause ex qb⁹ aliqd dicit p se sensibile cōpetūt quiete: ⁊ si tenebre vel silentio: vt patet ex dictis.

Cius quidem est visus: hoc est visibile: visibile autem est color quidez. ⁊ qđ vere est dicere. inominatuz aũt existit ens: manifestum aũt erit ingredientibus marie visibile. n. est color. hoc aũt est in eo qđ ſm se visibile. ſm se autem non ratione: sed qñ in seipso habẽt causam essendi visibile.

¶ Istud est tertium capitulum quarti tractatus in q̃ Ax. determinat de visibili ⁊ visu ⁊ continet duas partes: i q̃x prima determinaſ de colore ⁊ de his que requiruñ ad ꝟ videatur. In secunda determinaſ de visibilibus inominatis: ibi Non omnia autem. Prima pars diuidit in tres. In prima Ax. determinat de colore. In secunda de dyaphano. In tertia de lumine: ibi secũda. Est igitur aliquid dyaphanũ. ibi tertia. Lumẽ aũt. Prima in duas qz in prima oñdit quid est color vt est visibilis: ibi Dis. n. color. De prima dicit ꝙ visibile est illud cuius tanq̃z proprij obiecti est visus. Visibile aũt est color. ⁊ aliud innominatum: de quo manifestum erit posterius. Color enim est visibilis ex eo qđ ẽ eius: ſz qñ color habet in se causam visibilitatis. Intelligendũ primo ſm cometatorez comẽto. lxvj. ꝙ visibilium quoddã est color. ⁊ quoddaz est sibi sile: qđ est ex rebus que videntur in obscuro: ⁊ tale non hz nomen cõe ei ⁊ colori: nec hz nomen simplex cõe oibus talibus. sed appellatur nomine composito: quod est sicut genus coz: ⁊ dicuñ illa q̃ videñ in obscuro: ⁊ non in lumine: vt est q̃litas visibilis: que est i testa conche marie exiccata. ⁊ alia huiusmodi. Ex quo sequitur ꝙ multiplicia sunt ꝓpria visus obiecta non prima. Unum quidem qđ tantum videtur in lumine. vt color. ⁊ aliud quod tantum videt in obscuro. vt qualitas visibilis qua in nocte quercus putrida: noctiluca. ⁊ reliqua huiusmõi lucere videñ. Aliud aũt est ꝙ tã in obscuro: q̃z in lumine visu cõprehendit. vt ꝙ illa que visibilia innominata appellanſ nõ per candez lux in corpore lucido existens. Et ex hoc vlterius sequit qualitatem numero. sed per diuersas in lumine colorata apparent ⁊ in obscuro lucentia. vtrũ autem illa qualitas per quã visibilia inominata in obscuro lucere videntur. sit lux opacata minus tamẽ q̃z in corpore colorato: nec ita pura sicut in sole vel igne: aut sit qualitas secunda differens specie nõ tñ a colore. sed etiam a luce vel lumine. bona ẽ speculatio de qua infra tangeſ. Intelligendo se cundo secunduz cometatorez ꝙ ista propositio color ẽ visibilis est per se non quidem i primo modo dicendi p se. in quo predicatuz est de essentia subiecti diffiniẽs ipsum. sed in secundo modo i quo subiectuz ponit in diffinitione predicati: qñ color est causa seu icludit causas visibilitatis sue proprie passionis.

¶ Omnis. n. color mouens est eius qđ ſm actuz dyaphani: ⁊ hec est ipsius natura. Unde quidem nõ est visibile sine lumine. sed omnis cuiuslibet color in lumine visibile. Propter qđ de lumine primo dicendum est.

Quarto arguit ꝙ si intellectus materialis eēt vnicus: tūc quicquid vnus homo addisceret quilibet alter addisceret: ⁊ quādocūqz aliquis homo obliuisceretur eiusdem. cōsequens falsum. quare ⁊c. Alexander substentatur. hic ponit opinionem Aler. qui dixit ꝙ intellectus materialis ē generabilis ⁊ corruptibilis ⁊ ꝙ generatur ex mixtiōe elementorum ⁊ actione ⁊ passione qualitatum primarum ad innicem: ⁊ ꝙ habet instrumentum corporeum sicut sens⁹. Quod autem sit possibile ꝙ ex elementis adinuicem mixtis generatur virtus ita nobilis sicut sunt sensus ⁊ intellectus: declarat Aler. quoniam ex prima mixtione qualitatum primarum adinuicē que est valde parua generantur entia valde diuersa. vnde ex mixtione caliditatis cum siccitate generatur ignis: ⁊ caliditatis cum humiditate generatur aer: ⁊ ita de alijs. ergo ex multa mixtione elementorum ⁊ qualitatum primarum sicut est illa que fit in corpore hominis poterunt generari virtutes adeo differentes ab elementis vt sunt sensus ⁊ intellectus. ℑstam opinionem Aler. improbat commentator dicens eam conuenire verbis ₳ꝛ. nec eius demonstrationi. Verbis quippe ₳ꝛ. non conuenit cum dicat ₳ꝛ. ꝙ intellectus materialis est abstractus ⁊ ꝙ non habet instrumentum corporale ⁊ ꝙ non est passiuus. Demonstrationi etiam non conuenit: quia ₳ꝛ. demonstrauit ꝙ intellectus materialis nō est corpus neqz virtus in corpore sic arguēdo: Omne qđ est corpus vel virtus in corpore habet aliquam formā materialem. ergo ⁊c. minor probatur. quia intellectus materialis recipit omnes formas materiales. sed omne recipiens est denudatum a natura recepti. ergo ⁊c. ℭubdit tamen commentator ꝙ Alexander aliter intellexit verba ₳ꝛ. ⁊ eius demonstrationem dicens ꝙ ₳ꝛ. ibi non loquitur de intellectu materiali: sed de ipsa preparatione que ē in eo volens ipsam esse impassibilem immixtam ⁊c. ⁊ ꝙ nec est corꝓ⁹ nec virtus in corpore preparatiōz intelligēdo potentiam que est in intellectu ad recipiendum intentiones intelligibiles. Sed contra hoc dictum Alexandri arguit commentator. ℙrimo illud quod est commune omni preparationi non appropriatur preparationi que est in intellectu materiali. sed non esse corpus nec virt⁹ in corpore est commune omni preparationi. ergo non appropriatur preparationi que est in intellectu materiali. ⁊ per consequens ₳ꝛ. non loquitur ibi de tali preparatione. Secundo arguit ꝙ ₳ꝛ. ibi loquitur de subiecto ꝓparationis puto de ipso intellectu materiali: quoniam propositio qua vtitur ₳ꝛ. in sua demonstratione scilicet omne recipiens debet esse denudatum a natura recepti habet predicatum quod non potest verificari de ipsa preparatione sed solum de eius subiecto: quoniam preparatio non est recipiens sed ipsum preparatum. quare omnia verba ₳ꝛ. ō intellectu materiali ⁊ non de eius preparatiōe intelligi ꝺebent. Et dicit commentator ꝙ aliquid non esse corpus neqz virtutem in corpore dicitur quattuor modis diuersis ℙrimo dicitur de subiecto intellectorum quod est intellectus materialis. Secundo modo dicitur de ipsa preparatione que est in materijs ⁊ hic modus est propinquus modo ꝝ quem dicitur ꝙ priuatio simpliciter neqz est corꝓ⁹ neqz virtus in corpore. Tertio modo dicitur de materia prima. Quarto modo dicitur de subiectis abstractis. ℙo ista commentator ponit vnam rationem Aleran. propter quam dicebat ꝙ intellectus materialis habet instrumentū corporale ⁊ ꝙ est generabilis ⁊ corruptibilis. ⁊ est ista diffinitio anime ꝙ est actus primus corporis physici organici ⁊c. est vniuersalis ⁊ vnuoce competens omni anime. ergo sequitur ꝙ intellectus materialis est actus corporis: sicut alie partes corporis. sed alie partes anime sunt generabiles ⁊ corruptibiles. ergo etiam intellectus materialis Et confirmatur quia esse actum ⁊ formam corporis vnuoce competit omni anime. sed in altijs partibus anime ex eo ꝙ sunt forme ⁊ fines hominum non competit separari ab habentibus eas. ergo etiam intellectus materialis non est forma separata sicut dicitur de nauta ⁊ naue. sed ē forma corporis que est generabilis ⁊ corruptibilis: sicut corpus cuius perfectio quemadmodum est de alijs anime partibus. ℑuic rationi respondet commentator dicēs ꝙ illud quod fingit Alexander est falsum scilicet ꝙ diffinitio vniuersalis dicatur vnuoce de omnibus partibus anime: quoniam ₳ꝛ. in secundo huius dixit ꝙ de quibusdā partibus anime est manifestum ꝙ sunt actus corporis eo dem modo. sed hoc non est manifestum in omnibus imo videtur ꝙ sit aliqua pars anime que sit perfectio separata sicut nauta est perfectio separata ipsius nauis. Abubacher autem opinionem abubacher ⁊ auempace: qui dixerunt ꝙ intellectus materialis est virtus imaginatiua ꝝm ꝙ est preparata vt intentiones que sunt in ea sint intellecte in actu. ⁊ hoc dixit abubacher vt fugeret inconueniens contingens alexandro scilicet ꝙ subiectum recipiens intellecta fit corpus vel virtus in corpore: quoniam si ita esset tunc contingeret alterum duorum scilicet ꝙ aut idem esset esse formarum in anima ⁊ extra animam. sed extra animā non sunt comprehensiones. ergo nec in anima: ⁊ sic anima erit non comprehensiua aut sequitur ꝙ intellectus materialis habeat instrumentum corporale ⁊ ꝙ sit virtus in corpore sicut sensus quorum vtrunqz est falsum. Commentator tamen antequam impugnet hanc opinionē ostēdit ꝙ est magis inopinabile quod sequitur ad opinionem alexandri dicens: illud esse hoc quod dixit alexander. s. ꝙ

prime preparationis anime ad intellecta ⁊ ad alias postremas perfectiones sunt res facte a complexione nō a motore extrinseco: cuius oppositum est famosum ex opinione Ax. ⁊ omnium peripateticorum. Et primus preparationes aie intelligit commentator primas eius pfectiones sicut sunt intellectus ⁊ sensus. Nam constat Ax. velle has virtutes anime comprehensiuas: aut non produci de nouo: aut dari a motore extrinseco vt a generante. Vnde contra Alexandrum arguit sic commentator: A substantia elementorum ⁊ natura eorum non potest fieri virtus distinguens comprehensiua. sed si esset possibile vt a natura elementorum ⁊ sine motore extrinseco fierent tales virtutes: tunc esset possibile vt postrema perfectio: vtputa ipsa intellecta essent aliquod factum a substantia elemētorum: vt fiunt color ⁊ sapor ⁊ relique qualitates secunde: consequens falsum. Postea commentator arguit contra Alcempace probando q intellectus materialis non ē ipsa virtus imaginatiua ⁊c. quia intentiones imaginate mouent intellectum. Sunt enim illud cuius proporcio ad virtutem rationalem est: sicut proporcio sensati ad sentiēs si ergo ipse essent illud per quod intellectus materialis est recipiens intellecta: tunc res reciperet se ⁊ mouens esset motum: quod est inconueniens. Item intellectus materialis vt prius ostensum est non habet aliquam formam materialem nec ipsa est aliqua forma materialis. sed virtus imaginatiua ⁊ intentio imaginata est forma materialis. ergo intellectus materialis non est virtus imaginata. Et cum omnia que possunt dici: hic Commentator mouet ⁊ soluit questiones contingentes circa intellectum secundum opinionem suam quam dicit esse Ax. Prima questio est quomodo intellecta speculatiua essent eterna non generabilia ⁊ corruptibilia. quia quando agens ē eternū ⁊ recipiens ē eternū et factū ē eternū. Secunda qō est forsitan earum est quomodo postrema perfectio in hominē est numerata ad numerationem individuorum hominis scilicet intellectus speculatiuus. et tamen prima perfectio scilicet intellectus materialis est vna in numero omnibus hominibus. Tertia questio est Theophrasti q cum intellectus materialis sit ens si non est forma neque compositum ex materia ⁊ forma: tunc sequitur q sit materia prima mā consequens falsum. qa prima non est cōprehensiua neq; distinctiua. intellectus autem materialis sic. quare ⁊c. Ad istas questiones respondet commentatō premissis quibusdam. Et primo ad primam que erat: Quomodo intellectus materialis est eternus: ⁊ similiter intellectus agens. ⁊ tamen intellectus speculatiuus nō est eternus. ⁊ dicit q intellecta speculatiua constituuntur per duo subiecta. quorum primum est generatum: ⁊ aliud nō: quod declarat per simile. quoniam formare per intellectum idest cognoscere est sicut comprehendere per sensum. cō/ prehendere autem per sensum efficitur per duo subiecta: v verbi gratia: Videre illorum vnum est subiectum per quod sensus fit verus ⁊ illud est sensatum extra animam vt color. Aliud autem est subiectum quod recipit in se actū videndi vtquia virtus visiua. Vnde commentator p subiectum intelligit principium. ⁊ constat q videre habet duplex principium. Vnum effectiuum ⁊ est color. ⁊ altō materiale per quod est exiliens ⁊ est virtus visiua. ergo similitudo intellecta speculatiua constituuntur per duo subiecta siue principia: quorum vnum est subiectum per quod sunt vera ⁊ est principium propinquum eorum productum: sicut sunt forme que sūt in virtute imaginatiua. Aliud autem est subiectum siue principium per quod intellecta speculatiua sunt vnum entium in mundo: ⁊ illud est intellectus materialis in quo subiectiue fundantur. In hoc ergo stat responsio Commentatoris q quia intellecta speculatiua immediate dependent ⁊in fieri ⁊ conseruari a duplici principio scilicet ab intellectu materiali ⁊ intentionibus imaginatis: licet intellectus materialis sit eternus: quia tamen intentiones imaginate sunt generabiles ⁊ corruptibiles. hinc est q intellecta speculatiua sunt generabilia ⁊ corruptibilia. Et per intellectum speculatiuum intelligit intentionem causatam in intellectu materiali a forma imaginata concurrente tamen lumine intellectus agentis tanquam agentis vniuersalis siue aggregatum ex intellectu materiali ⁊ tali intentione. Et quia commentator comparauit ad intellectum ad sensum dicens q sicut sensibile mouet sensum ad suum actū: ita intentio imaginata mouz intellectum ad suum actum. Ideo dicit q ista proporciones magis inuenit pfecta int obiectū visus ⁊ visū ⁊ obiectum intellectus ⁊ intellectum q̄s inter obiectum alterius sensus ⁊ suum sensum. Quoniam quemadmodum color qui est obiectum non videtur nisi in presentia lucis faciens ipsum in actu postquam erat in potentia quantum ad immutandum medium ⁊ organū. Ita intentiones imaginate non mouent intellectum materialem nisi efficiātur intellecte in actu postquam erant intellecte in potentia. ⁊ hoc fit per irradiationem in eis factam per lumen intellectus agentis vt post ostenderur. Et ista fuit necessitas ponendi intellectum agentem vt scilicet abstraheret formas a materijs ⁊ mediante intentione imaginata singulari ipsam suo lumine irradiando produceret speciem intelligibilem vniuersalem in intellectu materiali per quam efficitur in actu ⁊ deducitur ad actualem intellectionem. ⁊ hoc est facere de potentia intellectus actu intellecta. Aduertendum tñ q licet in hoc fit similitudo q ſic visus nō mouetur a colore nisi in presentia lucis sit intellectus materialis non mouetur ab intentione imaginata nisi in presentia luminis intellectus agentis.

¶ In alio tamen est dissimilitudo: qa lumen nullam formam tribuit colori per quam efficiatur in actu: sed requiritur solum propter medium vt dictum fuit in capitulo de visibili Quoniam color est per se visibilis. Intellectus autem agens bene tribuit intention imaginate aliquaz formam per quam efficitur in actu. aliter non posset mouere intellectum materialem: quia materiale vigore ppio non potest mouere immateriale. Deinde commentator soluit questionem secundam. prius tamen adducit rationes probantes q intellectus materialis sit vnus omnium hominum: ⁊ q non sit numeratus secundum numerationez individuorum speciei humane. Prima ratio. si intellectus materialis esset numeratus ⁊c. tunc esset hoc aliquid aut corpus aut virtus in corpore. sed omne tale est intētio intellecta in potentia: ⁊ intentio intellecta in potentia mouet intellectum materialem. ergo idem moueret se ⁊ mouens esset motum consequens falsum. Secunda ratio si intellectus materialis esset numeratus tunc esset corpus vel virtus in corpore ⁊ reciperet se vt iam conclusum est ⁊ si reciperet se non reciperet se nisi secundum q diuersa seu diuisa idest virtus individualis est tunc esset idem cum sensu: vel nulla esset differentia inter esse forme in anima et extra animam. Nec consequentia vltima sic declaratur qa si intellectus materialis non recipit formas nisi secunduz q sunt diuerse tunc non recipit nisi individualiter. et per consequens vel est corpus vel virtus in corpore. Si est virtus in corpore cum omnis virtus in corpore cognoscitiua sit sensus exterior vel interior tunc sequitur q intellectus materialis sit idem cum sensu. Si autem est corpus cum corpus non recipiat formas nisi secundum esse corporale: vt lapis recipit caliditatem ⁊ aer frigiditatem: tunc sequitur q intellectus materialis non reciperet formas nisi corporaliter sicut recipiuntur in corpore animato. ⁊ a for-

tiori idem esset de sensu. Ex quo vlterius sequitur q̄ idez esse haberet forma in anima ꝛ extra animam. s. esse corporale ꝛ vtrunqz istorum est falsum.

¶ Postea arguit comentator quo ad partem oppositam probando q̄ intellectus materialis sit numeratus quia si esset vnus omnium hominum tunc quandocunqz aliqs homo acquiret aliquam scientiam quilibet alter acquireret eandem. consequens falsum. ꝛ probatur consequētia. quia eadem est proportio prime perfectionis hominis ad individua humana ꝛ postreme eius perfectionis cum individua humana non habeant continuationem cum postrema per fectione nisi propter earum cōtinuationem cū prima.

¶ Unde intellecta non continuantur nobiscuz. nisi quia intellectus materialis in quo recipiuntur continuatur nobiscum sicut ē de sensatione ꝛ sensu. ergo sequitur q̄ si eadem est prima perfectio omnium hominum q̄ etiam ē de postrema perfectione siue sit perfectio virtutis anime aut virtutis corporis. cum ergo sciētia sit postrema hominis perfectio sequitur q̄ eandem est omnium hominum ꝛ q̄ cum vnus homo acquirat aliquam scientiam quilibet alter acquirit eam.

¶ Tertio ad idem arguitur quia illis dato sequitur q̄ nō sit nisi vnus homo numero. ꝓns derisibile ē. ꝛ probatur consequentia. quia in animatis quorum prima perfectio ē substantia separata impossibile est q̄ in vna spē inuenian tur plures vno individuo sicut patet i corporibus celestibus in quibus motor appropriatur tantum vni mobili. Unde si vni motori plura mobilia attribuerētur aliquod eorum esset ociosum. quia vnum agens non vtitur simul pluribus instrumentis in eodem genere instrumentorū: sicut vnus nauta non mouet plus vna naui in eadem hora. ergo similiter si intellectus esset vnic⁹ ꝛ separatus nō haberet nisi vnuz corpus cui a ꝓpriaretur. ꝛ sic nō cēt nisi vnus homo.

¶ Et confirmatur hoc per id quod dicit Ar. in primo de celo q̄ si esset alius mundus esset aliud corpus celeste ꝛ ex consequenti alius motor: quod non est propter aliud nisi quia vnus motor non potest imediate mouere simul plura mobilia ꝛ per consequens nec vnus intellectus potest mouere simul plura corpora humana. quod tamen contigeret si vnicus esset omnium hominum intellectus qualis igitur est via ad dissoluendum istam questionem difficilem. Deinde commentator soluit hanc questionem difficilem cuius solutio stat in hoc q̄ quanuis secunda perfectio hominis. s. intelligere sit numerata. non tamen propter hoc sequitur q̄ prima perfectio. s. intellectus materialis siue substantia anime intellectiue sit numerata. quia intelligere non solum dependat ab intellectu. sed etiam ab intentione imaginata siue ab actu cogitatiue. ꝛ quia huiusmodi intentio imaginata est numerata ꝛ plurificata. ideo ipsa intellectio est numerata ꝛ plurificata. Intellectus autem materialis aut etiam anima intellectiua non depēdet in suo esse ab intentione imaginata nec ab aliqua alia virtute seu intentione existente in nobis. immo habet esse abstractum propter quod non multiplicatur multiplicatōne corporum humanorum. Et pro his dicit cōmētator q̄ homo nō est actu intelligens nisi per continuationem intellectus in actu cum eo intellectus autem in actu continuatur cum homine per continuationem sue intentionis imaginate cum intellectu materiali. Unde ex hoc q̄ intentio imaginata causat speciem intelligibilem vel intellectionē in intellectu materiali copulatur cum homine in quo ē illa intentio materialis imaginata tam intellectus materialis qz intellectus in actu producens in intellectu materiali. Et dicit commentator q̄ cum materia ꝛ forma copulantur ad inuicem congregatum ex eis fit vnum ꝛ mixtume fit vnum ex intellectu materiali ꝛ intentione intellecta in actu cum inuicem congregantur. quia quod componitur ex eis non est aliquod tertium aliud ab eis sicut est in alijs compositis ex materia ꝛ forma. Ex quibus verbis communiter dicitur esse de intentione commentatoris q̄ ex intellectu materiali ꝛ ex intellectu i actu fit magis vnū qz ex materia ꝛ forma.

¶ Et hoc a diuersis multipliciter declaratur. quia ex eis non fit aliquod tertium aliud ab eis. Uno modo q̄ ex intellectu materiali ꝛ specie intelligibili per quam fit in actu fit magis vnum qz ex materia ꝛ forma. quia ex eis nō fit aliquod vnum tertium: aliud ab eis quantum ad causalitatem super propriam actuz sicut fit ex alia compositis ex materia ꝛ forma. nam aggregatum ex intellectu materiali ꝛ spē intelligibili non habet aliud genus causē respectu actus intelligendi qz habeat aliquod illorum de per se. qz omnia concurrunt in genere cause materialis: licet intellectus materialis sit principale subiectum ꝛ species intelligibilis sit dispositio ipsum preparans ad receptionem. In alijs autem compositis illud non accidit. Unde quia respectu motꝰ alia causalitatē hz forma a materia cū materia fit solū cā materialis ꝛ subiectiua. forma vo effectiua. imo cōpositū ex materia ꝛ forma rōne materie ē causa mālis motus ꝛ nō forma. ꝛ rōne forme ē cā eiꝰ, effectiua ꝛ nō materia. ꝓpter qđ cōpositū respectu motus aliaz hz cālitatem qz habeat materia ꝛ similr qz hēat forma. Alio mō exponit p intellectū i actu itelligendo intellectionē q̄ ex itellectu māli ꝛ itellectu i actu nō fit aliqđ tertiū aliō ab eis quantū ad opationē imanentē. i. q̄ hēat opationē imanentē aliā ab vtroqz. scilī alijs cōpositis ex mā ꝛ forma resultat vnū tertiū qđ hēat ꝓpriū motū tāqz opationē imanentē aliā a mā ꝛ a forma. Postea quisdā iterpones q̄ clara sunt. declarat cōmētator quenctia ꝛ differentias iter prepationē que ē i virtute imagiatia ꝛ aliās preparationes q̄ sūt i virtutibus aie cōphēsiuis alijs ab intellectu. Conuenientia ē d quelibet carū est numerabilis ꝛ genera bilis ꝛ corruptibilis fm numerationē gnationē ꝛ corruptionē idiuiduoꝝ. Sz differētia ē q̄ ꝓpatio que ē i imaginatiua ē ꝓpatio i motore vt sit motor. hz ꝓpatio q̄ ē i alijs ē ꝓpatio i recipiēte vt sit recipiēs. ꝛ talis ē illa q̄ ē in intellectu māli. Et hec ꝓpatōes differūt sicut celum ꝛ terram. ¶ Ex quo sequit ꝫ Quempace q̄ intellectus materialis non est virtus imaginatiua secundum q̄ tē. quia in vno eorum est preparatio actiua respectu intellectus materialis imaginatiua. In altero vero quia in intellectu materiali est preparatio passiua.

¶ Ex quibus vlterius infert commentator q̄ in anima intellectiua sunt due partes ex quibus essentialiter constituitur.

¶ Quarum vna est intellectus possibilis in quo recipitur intelligere se habet sicut in materia. Et altera est intellectus agens qui facit de potentia intellectis actu intellecta. ꝛ se habet sicut forma ꝛ vtraqz earum est vnica. tamen respectu omnium hominum abstracta secundū esse a materia indiuisibilis ꝛ neqz generabilis neqz corrupti bilis. Et preter hos duos intellectus datur itellectus speculatiuus factus ab eis qui est aliquo modo eternus ꝛ aliquo modo non est enim eternus quantum ad substantiā recipientis quod est intellectus materialis ꝛ est generabilis ꝛ corruptibilis quantum ad intentionem recepta que est formalis in eo scilicet speciem intelligibilem vel intellectionem. et quia intellectus materialis est vnus in omnibus hominibus ideo intellectus speculatiuus est vnus in omnibus quantum ad subiectum recipiens. sed est pluri ficatus in diuersis quantum ad intentiones rece-

ptus in eis cum in alio ⁊ alio homine fit alia ⁊ alia ſpe/
cies intelligibilis a ſua intentione imaginata cauſata. ⁊ ex
conſequenti alia ⁊ alia intellectio.

¶ Dicit etiam commentator q̄ licet intellectus ſpeculati/
uus reſpectu huius indiuidui vel illius ſit generabilis et
corruptibilis vt ſupra dictum eſt. ſimpliciter tamen loquē
do ⁊ in ordine ad totam ſpeciem humanam ipſe eſt eternꝰ
quia licet quelibet intentio imaginata aliquando corrum/
pitur ⁊ ſimiliter quelibet ſpecies intelligibilis vel intelle/
ctus ſemper tamen eſt aliqua intentio imaginata in imagi
natiua alicuius. ⁊ ex conſequenti ſpecies intelligibilis ⁊ in
tellectio in intellectu materiali. Ex quo ſequitur q̄ hoc
modo prima principia ſunt eterna ⁊ ſcientie ⁊ artes. Vn/
de triſtimandum eſt philoſophia inuenitur in maiori par
te ſui ſubiecti in omni tempore ſicut homo inuenitur ab ho
mine ⁊ equus ab equo. quoniam ſicut intellectus agens
nunquam quieſcit a generando ⁊ cauſando ſimpliciter lo
quendo ipſa intellecta licet non ſemper in hoc indiuiduo:
ita intellectus materialis nunqnam ceſſat abſolute loquen
do ab intellectione: quamuis aliquando ceſſat reſpectu vni
us indiuidui.

¶ Tandem commentator accedit ad ſoluendum tertiam
queſtionem oſtendendo intellectum materialem non eſſe
formam materialem neq; materiam: dicens. q̄ ſicut ens
ſenſibile diuiditur in proporcionabilia illis ſcilicet in pro/
portionale forme ⁊ proporcionale materie. licet ergo intel
lectus materialis non ſit forma nec materia: eſt tamen p̄/
portionale materie. Et ſubdit q̄ in omni intelligentia ab
ſtracta excepta prima que omnino eſt liberata a potentia ⁊
que nihil intelligit extra ſe eſt aliquid ſimile forme ⁊ aliqd
ſimile materie. ⁊ ſi non ſic eſſet: non eſſet in eis multitudo
Vnde niſi eſſet hoc genus entium quod ſcimus in ſcien/
tia anime ſcilicet intellectus poſſibilis non poſſemus intel
ligere multitudinem in ſubſtantijs abſtractis.

¶ Ad horum autem declarationem aduertendum q̄ cuꝫ
dicit commentator q̄ prima intelligentia que eſt deus ni/
hil intelligit extra ſe. non debet intelligi q̄ deus nihil intel
ligit niſi ſe vt quidam volunt. ſed debet intelligit q̄ deus
nihil intelligit quin illud intelligat intelligendo ſe: quoniā
deus ſeipſum intelligit per eſſentiam propriam ⁊ intelli/
gendo ſe intelligit omnia alia que in ſe virtualiter cōtinet.

Intelligendum autem inferiores licet intelligant ſe p̄
ſe ipſas ⁊ inferiores ſecundum commentatorem. ſuperiores
tamen intelligentias intelligunt per ipſas ſuperiores.
Et cum vlterius dicit commentator q̄ in qualibet intelli/
gentia infra primam eſt aliquid ſimile forme ⁊ aliquid ſi/
mile materie per hoc non vult ipſas componi ex duabus
partibus diuerſis. ſic componitur anima intellectiua cum
quelibet rarum ſit ſubſtantia ſimplex carens partium di/
uiſione. Sed imaginari debemus q̄ deus eſt actus purꝰ
nullam habens potentialitatem. intellectus autem noſter
poſſibilis eſt de ſe pure potentialis. Intelligentie vero i
termedie ſunt quodammodo in actu ⁊ quodammodo in
potentia. ſunt enim in actu reſpectu inferiorum quarum
ſunt perfectiones. ſunt autem in potētia reſpectu ſuperio
rum a quibus perficiuntur. ⁊ ſic in eis idem eſt quod eſt
potentia ⁊ actus: ſed diuerſimode. ⁊ ex hoc dicitur compo
ni ex potentia ⁊ actu. Ex quo vlterius patet q̄ in eis nō
eſt intellectus poſſibilis qui nobis appropriatur. ſed dicū
tur habere intellectum poſſibilem propter conuenientiam
aliqualem earum cum noſtro intellectu poſſibili in poten
tialitate ⁊ dimminutione perfectionis reſpectu prime intel
ligentie. Cum vero poſtea dicat commentator q̄ niſi eſ
ſet intellectus poſſibilis intelligentijs non eſſent multe.
patet ex dictis qualiter debeat intelligi. nam ſi nulla intel/
ligentia eſſet potentialis reſpectu alterius nulla eſſet imp/
fectior altera. ⁊ per conſequens non eſſent diuerſe in ſpe/
cie. ⁊ cum in eternis non ponantur plura indiuidua ſub
eadem ſpecie: tunc tantum eſſet vna intelligentia. Et ex
eodem fundamento patet q̄ ſi nos nō cognoſceremus in/
tellectum poſſibilem non cognoſceremus earum potentia
litatem maiorem vel minorem aut ſecundum receſſū a pri
ma intelligentia. aut ſecundum propinquationem ad no/
ſtrum intellectum poſſibilem qui eſt infimus in perfectio
ne in genere abſtractorum ⁊ ex conſequenti non cognoſ/
ceremus earum diuerſitatem ſpecificam nec multitudinē

Vlterius dicit commentator q̄ intellectus materialis i
telligit intellectum agentem. quia cum intellexerit formas
materiales dignius eſt vt intelligat formas non materia/
les. Vnde reſpectu intellectus agentis ad intellectum ma
terialem eſt ſicut reſpectus lucis ad dyaphanum: ⁊ reſpe/
ctus formarum materialium ad intellectum materialem
eſt ſicut reſpectus coloris ad dyuphanum. ſicut ergo lux ē
perfectio dyaphani: ſic intellectus agens eſt perfectio ma/
terialis. ⁊ ſicut dyaphanum non mouetur a colore niſi ſu
erit illuminatum: ſic intellectus materialis non recipit in/
tellecta q̄ ſunt hic niſi pficiat̄ p lumē intellectus agēris quo
niam non ſolum requiritur q̄ intentiones imaginate illu
minentur ab intellectu agente ſi debent mouere intellectū
poſſibilem: ſed etiam requiritur q̄ intellectus poſſibilis il
luminetur ab intellectu agente vt recipere poſſit ab intēn/
tionibus imaginatis. Et ſubdit commentator q̄ cum in/
tellectus materialis fuerit nobis copulatus ſecundum qō
per intellectum agentem: tunc nos crimus copulati cum i
tellectu agente. ⁊ hec diſpoſito dicitur intellectus adeptus
de qua infra dicetur eomento. xxxvj.

¶ Vlterius commentator recipit dubium contra vnita/
tem intellectus materialis: dicens q̄ ſi res intellecta in te
⁊ in me fuerit eadem omnibus modis. quia etiam quantū
ad ſpeciem intelligibilem ⁊ actum intelligendi: tunc ſequi
tur neceſſario q̄ cum ſcio aliquod intellectum tu ſcis etiaꝫ
illud ⁊ alia huiuſmodi impoſſibilia. Si autem res intelle/
cta in te ⁊ in me fuerit vna in ſpecie ⁊ due ſecundum indi
uiduum: tunc res intellecta habebit rem intellectam que p̄
cederet in infinitum: conſequens inconueniens. Hanc
conſequentiam non declarat cpmmentator. Poteſt tamē
ſic declarari. quia ſi in te ⁊ in me ſunt due ſpecies intelligi
biles hominis: verbi gratia vel intellectiones eiuſdē ſpe
ciei ⁊ diuerſe numero: tunc ab eis contingeret abſtrahere
aliquam ſpeciem intelligibilem eis communeꝫ: abſtrahas
tu vnam ⁊ ego animam ſimilem tue: cum etiam iſte con/
ueniant in ſpecie ⁊ differant numero cōtingeret ab eis ab
ſtrahere alias duas conſimiliter: ⁊ erit procedere in infini
tum. Arguitur etiam q̄ illo dato diſcipulus non addiſ/
ceret a magiſtro niſi ſcientiam que eſt in magiſtro eſſet ge
nerans ⁊ cauſans ſibi ſimilem in diſcipulo. ſic vnus ignis
geperat alium ignem ſibi ſimilem in ſpecie: ⁊ hoc eſt im/
poſſibile: quia tunc ſcientia eſſet virtus actiua. conſequēs
falſum. ⁊ dicit cōmentator q̄ hec omnes dubitationes ſol
uunt̄ dicendo ſicut prius fuit oſtenſum q̄ res intellecta a/
pud te ⁊ apud me eſt multa fm ſubiectum per quod eſt ve
ra ideſt fm principium eius preſuppoſitum per quod intel
lectus ſit verus ſiue cui conformatur intelligere conformi
tate que eſt veritas ⁊ eſt forma imaginationis: ⁊ eſt vna
fm ſubiectum per quod eſt ens ideſt ſecundum principiū
eius preſuppoſitum per quod habet eſſe ⁊ in quo ſubiecti/
ue fundatur. ⁊ intellectus materialis: non plus dicit com
mentator pro ſolutione iſtarum dubitationum. ſed de his
in queſtione plenius diſcutietur. Vltimo quedam ad/
ducit contra Auempace que de ſe ſunt ſatis manifeſta.

Dubitatur pro declaratione omniū p̄dictoꝝ. Vtrū aīa
intellectiua ſit forma ſubſtantialis corporis humani ſcom

in operando vt in plerisq; locis inuit ꝓm. Et arguit primo q; anima intellectiua non sit informans corpus humanum ⁊ ei vnita secundum esse sed solum appropriata.

Postea vo arguitur oppositum scilicet q; ipsa non sit forma abstracta ⁊ sempiterna ⁊ in omnibus hominibus tantum vna. Ad primum autem multipliciter arguit.

Primo si anima intellectiua esset forma substantialis corporis humani ꝑm esse vnita tūc quereretur de illa opinione vtrum sit idem cum substantia anime: aut accidēs eius. si dicatur q; sit idem cum substantia anime: tunc sequitur q; cum post mortem hominis cuius illa est anima non sit amplius illa vnio q; tunc non erit substantia illius anime. ⁊ per consequens illa anima erit corrupta. consequens falsum. quia anima intellectiua separatur ab alijs partibus anime sicut perpetuum a corruptibili, vt Ar. sepe fatetur. Si autem dicatur q; illa vnio sit accidens anime: ani separabile: aut inseparabile. Si separabile cū anima non constituat hominem in esse specifico nisi suo corpori fuerit vnita: tunc sequitur q; anima constituat hominem in esse specifico per accidens separabile: quod satis derisendum videtur. Si autem sit accidens inseparabile cum post mortem alicuius hominis non sit vnio suc anime ad eius corpus. sequitur q; anima eius tunc non erit ⁊ sic corrumpitur: quod iterum est falsum. ⁊ patet consequētia. quia impossibile est q; proprium subiectum alicuius accidentis inseparabilis remanet illo accidēte corrupto.

Secundo arguitur sic. Si anima intellectiua esset forma substantialis corporis humani ꝑm esse vnita: tunc ipa esset forma materialis. quia omnis forma que est perfectio materie est materialis. consequens falsum. quia tunc non reciperet omnes formas materiales cum nihil recipiat vel speciem suiipsius vt supra. probatum est: consequenter sequitur q; non cognosceret omnes formas materiales. cuz omnis eius cognitio fiat per receptionem. consequens falsum. ergo ⁊c. Tertio arguitur. Si anima intellectiua esset forma perficiēs materiam: tunc sequeretur q; ipa'cēt extensa saltem per accidens ad extensionem corporis ⁊ haberet partem extra partem: quod suc nature repugnat cum ponatur indiuisibilis ⁊ inextensa. Et probatur consequentia supponendo tria: quorum primum est q; nihil est figuratum nisi sit extensum: hoc patet. secundum est q; mā ꝑma non potest esse subiectum proprium alicuius accidentis ꝓprij ⁊ determinati ⁊ exconsequenti non potest cē subiectum ꝓprium figure proprii hominis. hoc etiam patet tertium est q; in homine non sunt plures forme substātiales sibi proprie: quarum quelibet det sibi specificum esse. patet quia talia forma in vno composito est tantum vna.

His stantibus tunc si anima intellectiua est forma substantialis ⁊c. aut ipsa est aliquo modo subiectum figure, ꝑprie hominis: aut nullo modo. si sic. ergo est figura: quia omne subiectum figure est figuratum: ⁊ omne figuratum est extensum per primam suppositionem. ergo ipsa est extensa. quare ⁊c. Si dicatur q; nullo modo anima intellectiua est subiectum figure ꝓprie hominis: tunc queritur qō sit eius proprium subiectum: aut est materia prima ⁊ hoc non per secundam suppositionem: aut est compositum ex materia ⁊ vnica alia forma substantiali hominis ⁊ hoc nō per tertiam suppositionem. oportet ergo necesse dicere q; subiectum proprium illius figure, est compositum ex materia ⁊ anima intellectiua. ⁊ per consequens q; anima intellectiua partialiter est subiectum illius figure. quare ⁊c.

Quarto arguitur si anima intellectiua esset forma substantialis corpori humano ꝑm esse vnita tunc sequeretur q; ipsa esset corruptibilis. consequens falsum. ⁊ probatur consequentia. quia omnis forma que requirit determinatas dispositiones in materia corrumpitur ad illarum corruptionem vt patet inductiue. sed omnis forma vnita materie requirtur determinatas dispositiones in sua materia quia vniuscuiusq; actus in potentia ipso actu existente in ꝓpria materia aptus natus est fieri per Ar. secundo huius. ergo omnis forma vnita materie ē corruptibilis. quare ⁊c. Quinto arguitur. quia dato illo sequitur q; corruptio hominis non esset transmutatio substantialis sed solum accidentalis. consequens falsum. ⁊ probatur consequentia. quia illa transmutatio non est substantialis in qua nulla substantia corrumpitur. sed in corruptione hominis nulla substantia corrumpetur si opinio est vera. igitur proba tur minor quia non forma substantialis eius, scilicet anima intellectiua: quia ipa est incorruptibilis nec materia eodem modo. quare ⁊c. Sexto arguitur q; illo dato anima intellectiua esset corruptibilis: quia cum destruitur ratio essendi alicuius illud amplius non est. sed ratio essendi anime intellectiue destruitur cum homo corrumpitur. ergo tunc ipsa amplius non est. quare ⁊c. probatur minor. quia ratio essendi anime intellectiue si esset forma substantialis dans esse homini est q; sit illud quo aliquid est homo: cum forma sit illud quod dat esse rei cuius est forma. sed cum homo corrumpitur eius anima intellectiua nō est amplius illud quo aliquid est homo vt patet. ergo tunc eius ratio essendi destruitur. Septimo arguit q; si anima intellectiua esset forma materialis indiuiduata ⁊ multiplicata multiplicatione indiuiduorum humanorum: tūc ipsa non reciperet nisi indiuidualiter cum hic ⁊ nunc: consequens est falsum. quia tūc non posset intelligere vniuersaliter. ⁊ patet consequentia. quia forma materialis non recipit nisi indiuidualiter. Octauo arguitur: Si anima intellectiua esset forma ⁊c. tunc ipsa esset intellecta in potentia. sed omne intellectum in potentia mouet animam intellectiuam ad actum intelligendi dum ab ipsa intelligitur. ergo anima intellectiua moueret seipsam. cōsequēs falsū.

Nono arguitur q; si illo dato sequeretur q; manus intelligeret. consequens inconueniens. ⁊ probatur consequentia. quia anima intellectiua est indiuisibilis vt communiter ponitur. si ergo ipsa esset forma substantialis ꝑm esse vnita corpori humano tunc ipsa esset in toto corpore humano in qualibet eius parte quantitatiua. quia aliter non talis pars viueret esset animata quod est falsum.

Ex quo postea arguitur sic. Anima intellectiua est in manu. sed vbicunque est anima intellectiua ibi est potentia intellectiua que immediate fundatur in substantia. ergo potentia intellectiua est in manu. sed in quocūq; est potentia intellectiua in illo recipitur intelligere dum ille homo intelligit. ergo in manu recipitur intelligere. sed omne illud in quo recipitur intelligere: intelligit. ergo manus intelligit. Hec valet si dicatur q; licet potentia intellectiua sit in manu in ipsa tamen nō recipitur intelligere vt est in manu quia ibi non est phantasma. quare non sequit q; manus intelligat quia saltem sequeretur q; cerebrum intelligit cum ibi sit anima cum potentia intellectiua ⁊ etiam phantasma: quod tamen non est verum cum solum anima intellectiua ⁊ homo per eam dicatur intelligens loquēdo de istis inferioribus. Decimo arguitur q; sequeret q; idem indiuisibile simul mouetur ⁊ quiescit vt simul moueatur ⁊ non mouetur: quod implicat. ⁊ probatur consequentia ponendo q; pes vnius hominis quiescat ⁊ manus eius moueatur: tunc si eadem anima indiuisibilis informat materiam pedis ⁊ materiaz manus statim sequitur q; illa moueatur ad motum manus vel non mouetur ad quietez pedis. quarc: Ex his itaq; rationibus alijs similibus conantur aliqui ostendere, animam intellectiuam nō esse formam corpori humano secundum esse vnitam dantem homini specificum esse ⁊ multiplicatam secundum multiplicationem indiuiduorum humanorum. sed dicit ipam esse

formam abstractam ꝺm esse ab omni materia ⁊ ab omni corpore ⁊ solum appropriari corporibus humanis in operando: sicut nauta appropriatur naui ⁊ intelligentia orbi: quod mouet ⁊ ponunt eam ingenitam ad incorruptibilem ⁊ vnitam respectu corporum humanorum. Et hec fuit opinio commentatoris cõtra quã multipliciter argui solet

Primo sic. Anima intellectiua est ꝓma perfectio hominis vt patet ex diffinitione communi data de anima ab Ar. intelligere autem secunda perfectio eius. cum igitur secunda perfectio hominis sit in alio ⁊ in alio homine alia ⁊ alia sequitur ꝙ ꝓma perfectio sit alia ⁊ alia. vnde si eadem esset ꝓma perfectio omnium hominũ cum homo capiat esse a sua ꝓma perfectione: sequeretur ꝙ idem esset esse omnũ hominũ. quare ergo esset per esse tui ⁊ tu esses per esse mei: quod est impossibile. Secundo arguit ꝙ illo dato sequeretur ꝙ sortes fuit antequã esset generatus. probatur. quia quandocunq; fuit forma substantialis alicuius tunc ille fuit. sed intellectus qui est forma substantialis sortis fuit antequam sortes esset generatus ergo ẽ eternus per positionem. ergo ⁊c. Tertio arguitur ꝙ Sortes non est corruptibilis inquantum homo. probatur. quia ipse est hõ per intellectum qui ẽ incorruptibilis. Quarto arguitur ꝙ quandocunq; ego acquirerem aliquam scientiam tu eandem acquireres: ⁊ quandocunq; perderem aliquam scientiam tu eandem perderes. ⁊ patet consequẽtia ergo idem intellectus est tuus ⁊ meus ꝑ positionem.

Quinto arguitur sic. omnis perfectio que est substãtia separata non habet nisi vnũ perfectibile vt patet in motoribus celestibus. si ergo anima intellectiua esset substãtia separata non haberet nisi vnũ perfectibile. ⁊ p consequẽs non esset nisi vnus homo. consequẽs est falsum. Sexto arguitur. quia tunc sequeretur ꝙ natura generis alicuius est indiuiduata. patet quia animalitas in homine ẽ indiuiduata cum sit forma materialis ⁊ tamen rationalitas non est indiuidusta. ⁊ sequitur vlterius ꝙ species humana est composita ex indiuiduato ⁊ non indiuiduato: quod non videtur verum. Septimo arguitur ꝙ tunc sequeretur ꝙ vnius virtutis respectu eiusdẽ obiecti simul erũt distincti actus: quod videtur impossibile. quia vnus visus numero respectu eiusdem visibilis non habet simul plures visiones: ⁊ consequẽtia patet vbi sortes ⁊ plato simul intelligant idem intelligibile. Octauo arguitur ꝙ data illa positione destruetur iustitia diuina: quia tunc nõ semper bonꝰ aliquando ꝓmiarentur ⁊ mali aliquando puniẽtur cum videamus aliquos bonos q̃z viuũt pati aduersitates: ⁊ econtra aliquos malos continue habere prosperitatem. In illa materia inter omnes tres inuente sunt fuisse opiniones. quarum prima Aler. ponentis animam intellectiuam esse formam materialem generabilem ⁊ corruptibilem ⁊ numerabilem sicut cetere forme que de potentia materie ab agente naturali producuntur de qua in commento visum fuit. Secunda opinio fuit Auerrois q posuit animam intellectiuam esse formam abstractam ꝺm esse a materia appropriatam tamen corporibus humanis in operando cum in intelligendo a phantasmate humano dependeat tanquam a motore ꝓpinquo ⁊ hanc posuit vnitam tantum in omnibus humanis corporibus eis idistãs ⁊ assistens vt intelligentia orbi quod mouet ingenitam et incorruptibilem. Et eam dixit essentialiter cõponi ex duabus substantijs indiuisibilibus. quarum vna dicitur intellectus agens: reliqua Vo intellectus possibilis. Et intellectum possibilem dicit habere solum naturã potentialitatis ⁊ receptionis respectu intelligibiliũ. Intellectum Vo agentẽ vult esse causam actiuã, speciex intelligibiliũ in intellectu possibili vna cũ phantasmatibus. ꝙ phantasma intelligendo actũ triũ virtutũ interiox intellectui ministrantiũ i. imaginatiue cogitatiue ⁊ memoratiue. Et ponit intellectũ possibilẽ ꝓfici per intellectũ agentẽ sicut materia ꝑ formã ꝓficit: ⁊ intellectũ agentẽ esse naturã quandã intelligibilẽ inferioris gradus ꝓfectionalis ad intelligẽtias celestes ⁊ supiorꝭ ad intellectũ possibilẽ. Vlterius vult vltra animã intellectiuã in hoĩe aliã cẽ aiam sensitiuã ꝺ potẽtia materie eductam generabilẽ ⁊ corruptibilem ⁊ mãliter multiplicatam atq; hũano corpori vnitã ꝺm esse per quã hõ ponit in esse specifico ⁊ ẽ generabilis ⁊ corruptibilis: de q̃ etiam visum ẽ in cõmẽto. Fuit ⁊ tertia positio ceterꝭ tutior ⁊ magis credendo nõ solũ ga fides catholica xp̃iano; eã tenet sed etiã ex se ipsa. ga ponit aiam humanã nõ generali ab agente ꝑticulari educẽte eã de potentia mãe sed ab agente supnãli vꝭ deo ipsa creari ex nihilo. ⁊ mãe ab agente ꝑticulari ꝓdisposite infundi ⁊ corpori hũano vniri ꝙ cẽ Et dicit vlterius ꝙ ipsa ẽ indiuisibilis ⁊ multiplicabil ꝺm corpox multiplicationũ qbus vnit ⁊ imortalis. ⁊ q ab eo substantia fluũt potentie plures vꝭ intellectus agens quo actiue cõcurrit ad spẽs intelligibiles ⁊ intellectiones ⁊ intellectus possibilis quo ad ꝓdicta passiue concurrit ⁊ volũtas qua velle ⁊ nolle libere potest. hanc aũt opinionem defendendo faciliter responderi posset ad argumenta ad eius oppositũ facta quãuis qdã heretica prauitate decepti ea putent cẽ demõstratiua. Ad ꝓmũ ergo cũ queritꝭ de vniõe aie intellectiue ad corpus vtx sit idẽ cũ substantia aie vel accidens eius ꝺr ꝙ ẽ accidens sepabile respectu aie ly sit i sepabile respectu indiuidui. Et cũ postea arguit ꝙ tũc aia intellectiua constituet hoĩem in esse specifico ꝑ accidens sepabile. Rñdet ꝙ hoc nõ ẽ inconueniens tanquã p causã sine qua nõ licet tanquã p aliqd quod nõ sit de essentia hominis: sicut forma substantialis ignis non cõstituit ignez sine caliditate ⁊ tamen caliditas nõ est de essentia ignis.

Ad secũdũ cũ iferꝭ ꝙ tũc aia intellectiua cẽt forma mãlis respondet ꝙ dupliciter aliqua forma dicitur mãlis. Vno mõ cõiter ga mam informat. ⁊ hoc mõ concedendũ ẽ ꝙ aia intellectiua ẽ forma mãlis ad dictam intelligẽtiam x celestẽ q̃x nulla ẽ aliquo mõ pfectior materie. Alio mõ ⁊ ꝓpe dicit ⁊ sic forma mãlis ẽ solũ illa q vigore disponũ qualitatiuarũ ab agente naturali de potentia mãe educit. ⁊ hoc mõ aia intellectiua nõ ẽ forma mãlis: vt ꝓz ex dictis. sed quelibet alia forma substantialis que est in materia bene ẽ hoc mõ forma mãlis ⁊ quãlibet talẽ aia intellectiua põt cognoscer ꝑ receptionẽ sue spẽi. quare ⁊c. Ad tertiũ cum inferꝭ ꝙ aia intellectiua cẽt extensa: negat ꝓña. ad ꝓbationẽ admitto oia suppposita. Et cũ post ea queritꝭ de figura ꝓpria hois ꝙ sit eius ꝓpriũ subiectũ. ꝓmo dici posset ꝙ illa figura nõ est accidẽs ꝓpriũ hoiuꝭ cũ in alio inueniat. s. i cadauere post hois mortẽ: aut forte in lapide silr figurato ab arte vel a natura figura similis in specie illi q est in hoĩe reperiri põt. Aliter etiam dici posset admisso q̃z talis figura sit accidens ꝓpriũ hõi ꝙ ipse hõ est, eius ꝓpriũ subiectum ex hoc nõ sequit ꝙ aia intellectiua afit aliquo mõ subiectum illius figure: sicut risibilitas est accidens ꝓpriũ hoꝭ: ⁊ tñ aia intellectiua nullo modo est subiectum risibilitatis. ⁊ ita de alijs multis. Ad quartum patet ex dictis. quoniã negãda est consequẽtia cũ inferꝭ ꝙ aia intellectiua esset corruptibilis. Et cũ arguit ꝙ oĩs forma que regrit determinatas dispõnes in materia corũpit ⁊c. dicitur ꝙ dupliciter aliqua forma potest acquirere determinatas dispositiones in materia. Vno modo simpliciter ad hoc ꝙ ipsa sit. de tali ẽ verum ꝙ corrumpitur illis dispositionibus corruptis: vt est de qualibet forma educta de potẽtia materie. ⁊ hoc modo anima intellectiua non requirit determinatas dispositiones in materia cum possit esse absque materia ⁊ dispositionibus eius: vt patet post separationem eius a corpore. Alio mõ põt aliqua forma requirere determinatas dispõnes in mã non vt ipsa sit sed vt sit in materia. ⁊ hoc modo anima intellectiua requirit determinatas dispositiones in

materia. ⁊ de tali forma non oportet ipsa corrumpi ad illa rum dispositionum corruptionem. sed soluz sequitur q̄ de finat materiam informari: quod conceditur de anima intel lectiua post mortem. Ad quintum negatur consequen/tia. ⁊ dicitur q̄ in corruptione hominis aliqua substantia corrumpitur scilicet homo: licet nulla suarum partiū essen tialium corrumpatur. quoniam corrumpitur per separatio nem earum ab inuicem. tamen homo non sic proprie cor/rumpitur sicut alia quorum forme substantiales corrum/puntur sicut nec sic proprie generantur. Ad sextum di/citur q̄ ratio essendi simpliciter anime intellectiue non est esse illud quo aliquid ē homo sicut ē de aliis formis substā tialibus que sunt proprie materiales vt q̄ ratio cēndi sim pliciter anime equi est q̄ sit illud quo aliquid est equus. et ita de alijs. sed illa est ratio essendi anime intellectiue in corpore humano: ⁊ ideo cum non est illud quo aliquid est homo non amplius est in corpore humano. Ad septi/mū dicitur q̄ licet nulla forma que est proprie materialis possit recipere nisi cum hic ⁊ nūc ⁊ quo ad esse ⁊ quo ad re presentare: anima tamen intellectiua quia non est proprie materialis sed solum cōmuniter recipit vniuersaliter q̄n/tum ad representare licet recipiat cu n hic ⁊ nunc quantū ad esse. ⁊ per hoc differunt species recepte in anima intel/lectiua ab illis que recipiuntur in sensu vel organo aut me dio inanimato. quoniam species recepte in anima intelle/ctiua licet sint res singulares: tamen vniuersaliter repre/sentant. sed species recepte in sensu ⁊ in medio sunt res sin gulares ⁊ solum singularia representant. vbi autē, in itel ligentijs infra primam ponantur species vt vult auctor ō causis ille sunt vniuersales in essendo ⁊ representando.

¶ Manifestat quod dixit in terminis ponendo q̄ a sit album: b vero nigrum: g sit phantasma albi t d phantasma nigri. tunc arguitur sic: Sicut a se habet ad b: sic g se habz ad d. ergo permutatim cōparando ista ad potentias suas sequitur q̄ sicut a b immutant eandem virtutem. s. sensum cōmunem: ita g d imutant eandem virtutem. s. intellectū: quod non esset nisi sic sensibilia se habent ad sensum: ita phantasmata se haberent ad intellectum. t sicut dictum est de albo t nigro que sunt eiusdem generis t suis phantasmatibus: ita arguerctur de sensibilibus diuersoꝛ generū a phantasmatibus suis. Dicit ergo. si igitur sicut a albū ad b nigrum g ad d. s. se habet sicut illa adinuicez. quare t permutatim. sicut igitur g d vni sunt existentia Vtuti tā quā eius motiua. s. intellectui hec: sic se habebūt a b que ēt sunt motiua vnius Vtutis. s. sensus. Idem quidem ē sensus fm rem qui imutatur ab a b. esse autem eis vt imutaī ab vno illoꝛ non est idem cum esse eius vt imutaī ab altero t illud similiter. i. t similiter est de g d respectu intellectus vt patuit supra. t eadem ratio est siquidē dulce sit b vero album.

¶ Species quidem igitur intellectus in phantasmatibus intelligit. t sicut in illis determinatuz est ipsi imitabile t fugiendum t extra sensum: cum in phantasmatibus fuerit mouetur vt sentiens quod fugibile est. quia ignis contrarium cognoscit videns quod mouetur quoniam impugnans est. aliquādo autem que sunt in anima phantasmatibus aut intellectibus t tanquā videns ratiocinatur t deliberat futura ad presentia: t cum dixerit vt ibi letum aut triste: hic fugit: aut imitatur.

¶ Nunc declarat q̄ intellectus appḥendendo aliqd delectabile aut tristabile affirmat aut negat t p̄sequitur vel fugit dicens q̄ intellectiuū quidem igitur intelligit species: i formas vel quidditates materialium in phantasmatibus. Et sicut in illis phantasmatibus determinatum est sic ipsi intellectui determinatum mutabile t fugiendum t extra sensum cum in phantasmatibus idest cum sensibile quod est extra sensum idest ab sens fuerit a phantasmatibus representantibus ipsum per modum terribilis: tunc intellectus mouetur vt sentiens fugibile: t a fortiori idem accidit cum sensibile est presens sensui. t exemplificando de vtroqz dicit hoc esse. quia intellectus videns q̄ ignis monetur t accenditur in habitatione cognoscit communiter id ē vt cōmuniter faciunt omnes. quoniam talis ignis est impugnās idest ignum impugnationis t p̄lij. Aliquādo aūt non p̄sentibus sensibus tanquā videns phantasmatib⁹ aut intellectibus que sunt in aīa rōcinatur t deliberat futura vt p̄sentia. t cum dixerit. i. cognouerit respectu futuroꝛ aliquid letū aut triste vt ibi. t sicut facit respectu p̄sentiū hic fugit. s. triste aut imitaī. s. letū. Intelligendū secūdo fm q̄ sicut intellectus p̄sentibus sensibus pōt comphendere aliqd letū aut triste t imitari aut fugere. sic facere pōt absentib⁹ sensibus vt cōparando futura ad p̄sentia t iudicando de ipsis ac si p̄sentia essent. Intelligendū secūdo fm ꝙm. commento. xxxiii. q̄ virtus cogitatiua sicut declaratū est in libro de sensu t sensato quando inuabit se cum informatiua. i. imaginatiua t rememoratiua innata est p̄itare ex imaginibus rez aliquā quā nūquā sensit in ea dispone fm quaz esset si sensisset eam fide t informatione. i. cognitione cōplera t simplici. t tūc intellectus iudicabit illas imagines iudicio vl̄i. Et intentio cogitationuz nihil aliud est q̄z hoc s. vt virtus cogitatiua ponat rem absentem a sensu q̄si presentatam dest p̄sentem. t ideo comphensibilia humana diuiduntur in hec duo. s. in comprehensibile cuius p̄incipiū est sensus: t comprehensibile cuius principium est cognitio. i. incomprehensibile presens t incomprehensibile absens. vel fm aliquos in formam sensatam vel i intentiōez non sensatam. sed prima expositio plus deseruit ꝓposito. Et si quis quereret exemplum quomodo virtus cogitatiua adiuta per imaginatiuam t rememoratiuam pueuit ad cognitionem alicuius p̄ius nunquā sensati ab illo cogitāte tale potest adduci. Dato enim q̄ bonus naturalis cogitet de grandine futura in estate: t per virtutem memoratiuam memoretur se vidisse post talem calorem estiuum. et post talem nubem frequenter secutam fuisse grandinem. t per virtutem imaginatiuā imaginetur descensum grādinis tunc per virtutem cogitatiuam potest iudicare recte vero iudicio grandinē esse cito futurā ac si eam videret actu cadere. Intelligendū tertio fm ꝙm. q̄ non debz aliquis dicere q̄ virtus cogitatiua componit intelligibilia singularia idest diuisim intellecta. quia tam declaratum est q̄ intellectus materialis componit ea. cogitatio enī nō ē nisi i distinguēdo idiuidua illoꝛ intelligibiliū t p̄itaī ea i actu

quasi essent apud sensum ꝛ ideo quando fuerint in ꝓsentia apud sensum: tunc cadet cogitatio ꝛ remanebit actio intellectus in eis. i. respectu eoꝝ. Cogitatiua ergo comꝑhēdit indiuidua sensibilia etiam dato ꝙ sint absentia ꝛ futura et ea ꝓsentat intellectui ac si essent ꝓsentia cōparando ea ad ꝓterita vt paꝝ ante fuit ostensum: que cum fuerint ꝓsentia apud sensum tunc cadet cogitatio non ꝙ nullo modo tunc cogitet de eis cogitatiua: sed quia non amplius cogitabit ea esse futura ꝛ remanebit actio intellectus in eis. i. respectu eoꝝ dum imutabitur per actum cogitatiue.

¶ Et oino in actione: ꝛ quod sine actione est veꝝ ꝛ falsum in eodem genere est cum bono ꝛ malo. sed in eo quod simpliciter differt ꝛ a quodam.

¶ Hic Aꝝ. quedam determinat circa intellectum. ꝛ diuiditur in tres partes. quia ꝓmo ostendit quomodo intellectus speculatiuus differt a practico. secūdo ostendit quo modo intellectus intelligit mathematica ꝛ naturalia. tertio querit vtꝝ intellectus possit intelligere abstracta simpliciter vt sint intelligentie. ibi secūda Abstractione autem dicta. ibi tertia Vtꝝ autem contingat. De ꝓma vult ꝙ intellectus practicus ꝛ intellectus speculatiuus sūt idē subiecto. sed tamen differūt sicut vniuersale differt a particulari. vnde dicit. Et omnino in actione. i. intellectꝰ practicus cui competit agere ꝛ operari: ꝛ quod sine actione. s. intellectus speculatiuus cui competit speculari ꝛ non agere: supple sunt idem genere ꝛ subiecto: quod patet. qa verum enim ꝛ falsum que spectant ad intellectum speculatiuum est in eodem genere cum bono ꝛ malo que spectāt ad intellectum practicum. sed differt i eo ꝙ simpliciter differt a quodam. i. differt intellectus speculatiuus a practico sicut simpliciter differt a quodam ꝛ vniuersale a particulari quoniam intellectus speculatiuus considerat res vt habet esse simpliciter ꝛ vniuersale: intellectus autem practicꝰ cōsiderat res vt habet esse quoddam seu particulare. Intelligendum primo ꝙ per intellectum speculatiū Aꝝ. intelligit actum intelligendi vel habitum intellectualem qui sunt de ipsis vniuersalibus ꝛ speculabilibus cuius finis ē veritas vel aggregatum ex intellectu materiali ꝛ aliquo eorum. Per intellectum autem practicum intelligit cōsimilia de rebus particularibus habita a nobis de operationibus cuius finis est opus extrinsecum seu bonum. Ex quo patet ꝙ per id quod est in actione intelligi habet intellectꝰ practicus: per id autem quod est sine actione intellectꝰ speculatiuus. Intelligendum secūdo ꝙ illa verum ꝛ falsum sunt in eodem genere cum bono ꝛ malo dupliciter cōsueuit exponi. Uno modo exponitur a commentatore comento. xxxiij. dicendo ꝙ verum ꝛ falsum bonum ꝛ malū sunt in eodem genere ꝑdicamenti. quia omnia ista sunt cognitiones que sunt de genere qualitatis. nam aliqua cognitio est vera ꝛ falsa, aliqua: aliqua bona ꝛ aliqua mala. silr verum est quoddam malum. Alio modo exponitur ꝙ veꝝ ꝛ falsum que diuidunt intellectum speculatiuum sunt i eodem genere. idest in eodem subiecto. s. intellectu materiali differunt tamen formaliter vt dictum est supra.

¶ Abstractione autem dicta intelligit sicut simus ſm ꝙ simum non separate. Inquantum autē curuū si aliquod intellexit actu hinc carne intelexit in qua curuum sicut mathematica non separata tanquā si separata sint intelligit cū intelligat illud. Omnino aut intellectus qui ſm actū res est intelligens

¶ Ostendit qualiter intellectus intelligit mathemathica ꝛ naturalia dicens. ꝙ abstractione autem dicta idest mathematica que abstracta dicuntur intellectus intelligit abstrahendo a materia sensibili sicut simum ſm ꝙ simum est intelligit non separate non abstrahendo a materia sensibili: inquantum autem est curuum si aliquod intellexit actu: sic carne vtiqꝫ ipsum intellexit in qua est curuum. Sic mathematica licet non sint separata tanquam separata sint intelligit cum intelligat illud idest aliquod illorum. omnino autem idest vniuersaliter intellectus qui est secundum actum est sicut res scilicet intellecte. Intelligendum ꝙ Aristoteles per ista que dicit non vult aliud nisi ꝙ res intelligūtur ab intellectu abstracte vel non abstracte a materia ſm ꝙ in sua ratione includunt vel non includunt materiam. ꝛ quia naturalia in sua ratione includunt materiam sensibilem vt simum carnem nasi: ꝛ ita de alijs. ideo naturalia non possunt abstrahi a materia sensibili sed semper cuꝫ ea intelliguntur. Mathematicalia vero licet secundum esse semper reperiantur in materia sensibili: quia tamen i sua ratione eam non includunt sed solum materiam intelligibilem videlicet quantitatem. ideo sic materia sensibili intelliguntur: non autem sine materia intelligibili. vnde curuum quod formam mathematica dicit. sed secundum esse in carne nasi reperiatur. quia tamen eam in sua ratione nō includit sed quantitatem. ideo sine carne nasi intelligi potest. sed non sine quantitate. qualiter autem non separata possunt intelligi separate per abstractionem intelligendo vnum ꝛ non aliud absqꝫ mendacio ꝛ falsitate: non autem per negationem vnum ab alio re nonendo: in secūdo physicoꝝ plenius habet inquiri.

¶ Vtꝝ autem cōtingit aliquod separatoꝝ intelligere ipsum existentem non separatū a magnitudine aut non: considerandum posterius.

¶ Nunc querit vtrum intellectus possit intelligere abstracta simpliciter vt ipsas intelligentias dicens. Vtrum autem contingit ipsum intellectum nostrum existentez nō separatum a magnitudine intelligere aliquid separatoruꝫ idest aliquam substantiam separatam: aut non considerandum est posterius scilicet in methaphifica. Intelligendum primo ꝙ solutio istius questionis pertinet ad methaphysicum vbi tractatur de intelligentijs. sed tamen in nulla ipsius parte habemus hanc questionem solutaꝫ ab Aristotele quia illius scientie complementum ad nos non peruenit: aut quia translatum non fuit: aut quia morte preuentus sententiam illam non perfecit. Albertus autem dicit Alpharabium tradidisse Aꝝ. hanc questionem soluisse in decimo ethicoꝝ vbi tractat de felicitate contemplatiua caꝫ ponendo in contemplatione dei ꝛ aliarum intelligentiaꝝ

Sed dubitatur quia hic dicit Aꝝ. intellectum nostrum non esse separatum a magnitudine superius dixit ipsū ee immixtum ꝛ immaterialem: ista autem aduersari videntur.

Dicendum ꝙ intellectus diuersimode est separatus et non separatus a magnitudine. nam superius dictus fuit separatus a magnitudine: quia non est organicus nec actus est de potentia materie vt cetere forme materiam perficientes. hic autem dicitur non separatus a magnitudine aut quia eam perficit: ꝛ aut informat: aut saltem quia eam presuppouit in operando: vt dictum est supe. Intelligendum secundo ꝙ Commentator super hoc tertu commento trigesimosexto facit vnam longam digressionem i qua pertractat hanc questionem scilicet vtrum intellectus materialis secundum quod est copulatus nobis possit intelligere substantias separatas: que incipit ibi Oportet igitur primo perscrutari. Et diuiditur principaliter in duas partes: in quaꝝ prima recitat opiniones alioꝝ de ista questione. in secunda autem ponit opinionem ꝓpriā. ibi Dicamus igitur quoniam. Prima diuiditur in tres ptes in prima ponit opinionem Alexan. in secūa pōit opinionē

Themistij. in tertia ponit opinionem Auempace. ibi secunda. Dicamus igitur q; Themistius. ibi tertia Auẽpace autem. De pma ponit opinionem Alex. ostendendo pmo q; si intellectus materialis dicatur esse generabilis et corruptibilis. vt facit Alexander ꝓ nullo modo poterim⁹ p ipsam continuari cum substantiis abstractis. Et arguit sic. In rebus liberatis a materia intellectus est intellectū omnibus modis vt superius ostensum est. ergo si substãtia generabilis ⁊ corruptibilis intelligeret formas abstractas ⁊ efficeretur idem cum eis: tunc natura contingens efficeretur necessaria: ⁊ hoc est impossibile. quare ⁊c̃. Ad hoc forte responderet aliquis dicendo q; Alexander voluit q; existentia intellectus adepti in nobis quo intelligimus formas abstractas non esset informatio facta de novo in intellectu materiali: neq; ante non erat: itaq; intellectus agens non efficitur de novo forma intellectus possibilis sed copulatur nobiscū adeo q; sit forma nobis non in ꝓncipio sed postquã intelligimus alia entia. Sed cõtra hoc arguit pm̃. quoniã si ista copulatio esset facta postquã non erat vt est necessariū: tunc oportebit vt in illa hora in qua ponitur esse sit transmutatio in recipiente aut in recepto aut in vtroq;. sed impossibile est vt sit transmutatio in recepto. s. in intellectu agente. ergo erit in recipiente. s. in intellectu materiali. ⁊ si in intellectu materiali fuerit trãsmutatio que ante non erat ⁊ non nisi per vnionem intellect⁹ agentis secum vt forma postquã non videbatur. q̃re ⁊c̃ Unde nisi esset talis nova receptio intellectus agentis nobis ꝓpria non esset differentia inter continuationem eius nobiscū ⁊ cum alijs entibus ⁊ inter continuationem eius in vna hora ⁊ in alia hora nisi ponamus continuationem intellectus agentis nobiscum esse per alium modum q̃z p receptionem. ⁊ quis est iste modus quasi dicat non alius.

Postea dicit q; Alex. ꝓpter scientiam istius modi videtur ambigere in hoc. ⁊ dicit in libro suo de aia qõ intellectus qui intelligit abstracta non est intellectus materialis nec intellectus in habitu. quia intellect⁹ qui intelligit abstracta est neq; generabilis neq; corruptibilis. sed tam intellectus materialis q̃z intellectus in habitu ſm cum ẽ generabilis ⁊ corruptibilis. quare ⁊c̃. Deinde cum declarauit q; intellectus qui est in nobis itelligit formas abstractas non est generabilis neq; corruptibilis dixit ipsum eẽ intellectu adeptum ſm Ar. ⁊ voluit istum intellectum nõ esse virtutem neq; habitum aic: sed esse nobis ab extrinseco. Sed hoc arguit pm̃. querendo qd intelligat Alex. p intellectũ adeptũ. aut enim intelligit intellectum agentem. aut alium intellectũ. si intellectum agentem: tunc remanet adhuc dubitatio de modo continuatiõis eius nobiscum d̃ novo ⁊ quomodo in postremo intelligimus per ipsuz substantias abstractas ⁊ non in ꝓncipio. Si intelligit intellectum alium ab agente: similiter remanet dubitatio vt ꝓus de modo quo nobiscũ continuatur vt sic arguatur. Si in hac hora intelligimus substantias abstractas per intellectum agentem ⁊ prius non intelligebamus. ergo in hac hora intellectus agens nobiscum alio modo copulatur q̃z prius. sed ille novus modus copulationis non est nisi nova receptio. ergo intellectus agens de novo recipitur in nobis vel in aliquo existente in nobis sed omne quod recipit de novo est generabile ⁊ corruptibile. ergo intellect⁹ agẽs de novo recipitur ab aliquo generabili ⁊ corruptibili. et p consequens natura corruptibilis recipit naturam eternaz abstractam ⁊ vniversalem. Ex quo vlterius sequitur q; natura contingens efficitur necessaria: quod est impossibile. ⁊ patet consequentia. quia abstractum ⁊ vniversale nõ recipitur nisi in re materiali ⁊ incorporea. ⁊ per conseq̃ns eterna ⁊ necessaria. Postea commentator adducit quedam dicta Alexandri que posui supra in quodam suo tractatu de intellectu que superius dictis repugnare videtur: dixit enim illic q; cum intellectus qui est in potentia fuerit completus: tunc intelliget agentem. quoniam sicut potentia ambulandi quam habet homo in natiuitate venit ad actum ambulationis post tempus in quo perficiuntur ⁊ complentur membra quibus fit ambulatio: ita intellectus qui est in potentia cum fuerit perfectus intelliget ea que sunt ſm suam naturam intellecta ⁊ facite sensata esse actu intellecta quia est agens. Ex quibus omnibus vult q; intellectus materialis non in principio sed in postremo intelligat intellectum agentem ⁊ alias substantias abstractas: q̃ repugnant dictis in libro de anima. Post in breui colligit commentator dicta Alexandri dicens q; cum aliquis aggregauerit omnia dicta Alexandri videbit ipsum opinari q; quando intellectus qui est in potentia fuerit perfectus: tunc intelligentia agens copulabitur nobiscum ⁊ per eam intelligemus res abstractas ⁊ faciemus res sensibiles esse actu intellectas ſz q; ipe est forma in nobis. Et videtur intendere per hunc sermonem q; quando intellect⁹ materialis fuerit perfectus habitibus speculatiuis. ⁊ intellectus in actu fuerit perfectus per cognitionem omnium intelligibilium: tunc copulabitur cum eo iste intellectus agens ⁊ fiet forma in eo. ⁊ tunc intelligemus per ipsum intellectum agentem res alias abstractas: non q; intellectus materialis ꝓus intelligat agentem. ⁊ ꝓpter tale intelligere fiat continuatio intellectus agentis cum eo. sed ꝓus fit continuatio. ⁊ per talem continuationem intellectus agẽtis cum intellectu materiali postea intelligimus per ipsuz intellectum agentem res alias abstractas. Et q; hec fuerit mens Alexandri declarat commentator per quedam verba ab eo posita in suo tractatu de intellectu vbi dixit q; quando intellectus qui est in actu ideſt agens fuerit causa ſm formam intellectus materialis in actione eius propria. s. in abstrahendo ⁊ informando ideſt itelligendo vnã quamq; formarum materialium in ascendendo apud illã formam ideſt continue melius ⁊ plura intelligendo ex plure lumine recepto ab intellectu agente: tunc intellect⁹ agens erit adeptus qui non est pars animę neq; virtus animę. sed fit in nobis ab extrinseco quando nos intellexerimus per ipsam. quoniam tunc erit vltima forma in nobis. Fundamentum ergo Alexandri est q; intellectus agens est primo causa agens intellectum materialem ⁊ intellectum qui est in habitu. ⁊ ideo non copulatur nobis cũ primo. sed cum intellectus materialis fuerit perfectus tunc agens fiet forma materialis ⁊ copulabitur nobiscum: ⁊ intelligemus per ipsum res alias abstractas: non tamen q; intellectus qui est in habitu intelligat hunc intellectum agentem. quia intellectus in habitu est generabilis ⁊ corruptibilis. intellectus aũt agens est neq; generabilis neq; corruptibilis. Sed contra hoc arguit commentator vt ꝓus fic. quoniam ſm istam opinionem intellectus agens ẽ de novo forma intellectus in habitu postquam non fuit ⁊ hoc prouenit, ab aliqua dispositione facta de novo in intellectu in habitu que prius non erat: que quidem dispositio est cã q; itellect⁹ agẽs ẽ forma itellectus i habitu p⁹ q̃z ſ fuit ⁊ ista dispõ vl ẽ receptio noua. vel alia dispõ ſi est receptio noua ergo recipiens est novũ. ⁊ sic illud quod est generabile et corruptibile recipiet eternum ⁊ assimillabitur ei. ⁊ per consequens generatum fiet eternum: quod est impossibile.

Si autem sit alia dispositio a receptione querit commentator que sit illa quasi dicat q; non pot esse alia a receptiõe ¶ Et subiungit Commentator ad hoc opinionem Alpharabii in sua Michomachia: qui dixit quod est impossibile quod corruptibilis recipiat eternum. ⁊ quia intellect⁹ materialis est corruptibilis vt opinabatur. i. co intellectus materialis nec recipit intellectum agentem. ⁊ ex cõsequẽti

hec alias substantias abstractas. vnde ponit q intellect⁹ agens non comparatur ad nos sicut forma: sed solum vt agens. h⁹ tñ contrariū dixit in epla sua de itellectu vbi voluit q intellect⁹ mālis pōt itelligere substātias abstractas

Deinde ponit cōmentator vnam rationem contra ponentes intellectum materialem esse eternū t q posset intelligere substantias sepatas. quoniā ex his statim sequi videtur q semp in ptcrito intellexit eas t semp in futuro itelliget eas: cuius contrariū cōiter ponit quoniā tunc puer i primo instanti sue natiuitatis intelligeret substantias sepatas. t pz ꝑña. quia in primo instanti natiuitatis pueri secum copulatur intellectus mālis. sed q̄zcito intellectus mālis copulatur nobis tā cito sibi t ex ꝑñti nobis copulat intellēs agens: ergo tc. Hanc tamen rationem ꝑñ. dupliciter soluit. Primo dicendo q intellectus mālis nō copulatur nobis in pncipio. quia nō copulat nobis nisi per ei⁹ copulationem cū formis imaginatis. t hoc non est in primo instanti esse pueri. Secūdo soluit dicendo q modus copulationis intellectus materialis nobiscū est alius a mō copulationis intellectus agentis cū intellectu māli. t p ꝑñs aliqui copulat intellectus materialis q ,p tunc copulet intellectus agens. Et dicit ꝑñ. q si esset idem modus copulationis vtriusq; intellectus sed in alia t alis dispōne: tūc quereretur que esset illa dispositio t assignari non posset.

Addit vlterius cōmētator aliqua t dicit Auēpace multum curiosum fuisse in solutiōe huius qōnis t declaratōe possibilis continuationis hois cum substantijs separatis: que quia facilia sunt brcuitatis causa relinquūtur. Dicamus igitur q Themistius. Dic narrat opinionē Themistij adducendo rationem suam per quam ,phat q intellectus materialis potest intelligere substantias abstractas que tenet per locum a maiori. t arguit sic. Intellectus materialis potest abstrahere formas a materijs t intelligere eas. ergo a fortiori pōt intelligere formas que de se sūt abstracte a materia. patet ꝑña. quia intellectus materialis cū sit abstractus maiorem cōuenientiam t similitudinē habet cum formis alijs abstractis q̄z cum formis materialibus.

Pro hac rōne dicit cōmentator q aut intellectus materialis est corruptibilis: aut non. si intellectus materialis sit corruptiblis t virtus in corpore. consequentia illa non valet: sicut a simili non sequitur. Lumē solis est de se magis visibile q̄z color: quia color non videtur nisi per lumen solis. sed visus potest aspicere colorem. ergo magis pōt aspicere lumen solis. patet qa non valet consequentia ,ppt hoc q visus est admixtus materie. Si autem intellectus materialis fuerit incorruptibilis t non admixtus materie: tunc illa consequentia erit bona. quia in comphendentibus que non sunt admixta materie quod intelligit minus perfectū intelligit etiam magis perfectum: t non econuerso. Et hoc sic solet exponi q in separatis a materia quod habz naturale desiderium ad intelligendum minus perfectum habet naturale desiderium ad intelligendum magis pfectum: t non econuerso. quia cognitio rei nobilioris est nobilior t ad eam est maior inclinatio fm naturam. Sed statim contra Themistium mouet cōmentator vnam dubitatiōez que est talis. Ex quo intellectus materialis potest intelligere intellectum agentem t alias substantias separatas q̄ re intellectus agens non continuatur nobis in principio quando nobiscum continuatur intellectus materialis: sed solum in postremo. Hanc questioni adducit cōmentator vnam rōnem Alex. superius positam que est q oē ens generatum quando puenerit ad finem in sua generatione ad vltimam perfectionem tunc perueniet ad finem t ad cōplementum in sua actione. Si fuerit ex entibus actiuis aut in sua passione si fuerit ex entibus passiuis: aut in vtroque si fuerit vtrunq; sicut patet de ambulante t ambulatione. sed intellectus in habitu est vnum ens generatum. ergo necesse est q cum venerit ad finem in sua generatione q tunc veniat ad finem in sua actione. sed actio eius est causare intellecta t intelligere ea. ergo necesse est q cum intellectus in habitu fuerit in vltima perfectiōe q habeat illas duas operationes perfecte. sed perfecto in creando intellecta est facere de omnibus intellectis in potentia intellecta in actu t complementum in intelligendo est intelligere omnia tam non abstracta q̄z abstracta. ergo necesse ē q cū intellectus in habitu venerit ad complementum in sua generatione q intelligat substantias abstractas licet eas ante non intellexerit. quare tc. In hoc ergo stat respōsio ad illam dubitationem q quia intellectus materialis non in sua vltima perfectione in principio. sed in postremo cū non intelligat substantias abstractas nisi dum est in vltima perfectione. ideo non est in principio. sed solum in postremo eas intelligit. Contra hanc rationem Alexādri statim arguit commentator. Primo q Alexan. fundatur super vna propositione satis dubia: Non enim est p se manifestum quod complementum operationis intellectus in habitu que est intelligere sit intelligere res abstractas quoniam hoc non videtur verum nisi hoc nomē imaginari vniuoce de rebus abstractis t rebus materialibus sicut hoc nomen ambulare dicitur vniuoce de perfectiori t imperfectiori. Vnde manifestum est q si forme abstracte essent imaginabiles sicut forme materiales cum ita se habeat intentiones imaginate ad intellectum materialem sicut sensibilia ad sensum: tunc intellectus materialis intelligeret formas sicut intelligit formas materiales. Secundo arguit commentator contra Alexandrum quomodo creare intellecta idest facere de intellectis in potentia intellecta in actu: quod est operatio propria intellectus agentis attribuī potest intellectui in habitu generabili t corruptibili vt facit Alexander: quasi dicat non nisi quis dicat q intellectus in habitu sit intellectus agens secundum q perficit intellectum materialem: vt dixit Themistius. aut ponat q forma postrema in nobis que abstrahimus intellecta t intelligimus ea est composita ex intellectu qui est in habitu t intellectu agente vt Alexander facit t Auempace. t videtur esse de intentione Aristotelis. Etiam dato q creare intellecta attribuatur intellectui in habitu ex cōplemento huius actionis non sequitur nisi complementum actionis que est intelligere illa intellecta scilicet que facta sunt de potentia intellectis actu intellecta. t hec sunt intellecta materialia t non sequitur complementum actiōis que est in intelligendo substantias abstractas que semper sunt de se actu intellecte: quia tale intelligere impossibile ē vt attribuatur alicui generato vt est intellectus in habitu: nisi per accidens. quia si sic: tunc generabile t corruptibile fieret eternum vt argutum est: quod est impossibile.

Item arguit commentator contra dicentes q forma q̄ extrahimus intellecta de potentia ad actum est intellectus in habitu compositus cum intellectu agente. quia tunc intellectus agens indigeret in actione sua intellectu in habitu: t cōponeretur cum eo. sed intellectus agens est eternus t intellectus in habitu est corruptibilis. ergo eternum in sua actione indigerent corruptibili t cum eo componeretur vt ex eis vna actio proueniret: quod non videtur possibile. De hoc autem dicit commentator se postea consideraturum. quoniam ista positio que ponit q forma postrema in nobis qua extrahimus intellecta t facimus ea ē composita ex intellectu agente t intellectu in habitu videtur esse principium t fundamentum eius quando postea dicetur de possibilitate continuationis nostre cum rebus abstractis secundum mentem Aristotelis. Auempace autem. Hic ponit opinionē Auempace qui supposuit primo aliquas propositiones. Prima fuit q intellecta

speculatiuus sunt facta. Secūda q̄ omne factum habet qd/ditatem. Tertia q̄ intellectus natus est extrahere quidditatem cuiuscunq; habentis quidditatem. Ex quibus segr̄ q̄ intellectus innatus est abstrahere formas intellectorum ꝛ quidditates eorum. Et ex isto postea ꝓbauit q̄ intellectus materialis potest intelligere formas abstractas Ad hoc autem ꝓbandum duas fecit rationes vnam in libro d̄ anima: ꝛ aliam in epistola continuationis intellectus cum homine. In libro de anima ꝓpositoni ꝓxius concluse adiunxit istam. s. q̄ intellectus rerum non accidit multitudo nisi per multiplicationem formarum spiritualium cuz quibus sustinebuntur in vnoquoq; indiuiduo id est speciebus intelligibilibus vel actibus intelligendi non accidit multiplicatio nisi per multiplicationem phantasmatum i/diuiduoz a quibus dependent. ꝛ ꝓpter hoc fuit q̄ intellectum equi apud me est aliud q̄z intellectum equi apud te. Et ex hoc vlterius sequitur per conuersionem oppositi q̄ illud intellectum quod non habet formam spiritualē a qua sustentetur est vnum apud me ꝛ apud te id est ꝓ illa species intelligibiles

volnerimus. Et ista opatio que ē abstrahere ⁊ creare intellecta q̄ est opatio ꝓpria intellectus agētis ē ꝓior i nobis q̄z opatio que ē itelligere q̄ ē opatio ꝓpria intellect⁹ possibilis Et iō dixit Alex. q̄ dign⁹ est describere itellectū p actionē q̄z p passionē q̄ i passione ꝙuenit intellectus cum multis alijs ex virtutib⁹ alijs. sed de hoc dictum ē supra.

Secūdo p̄mittit q̄ itellecta dupliciter fiūt i nobis. s. naturaliter ⁊ volūtarie. illa itellecta dicūt fieri i nobis naturaliter quox cognitionē intellectus natus est recipere per suam naturam sine discursu precedente ⁊ quibus intellectus discentire non potest cognitis terminis sicut sunt ꝓprie propositiones ⁊ prima principia de quibus nesciimus ex necessitate quando extiterunt in nobis ⁊ accepim⁹ eorum cognitionem ⁊ vnde aut quomodo: lz de necessitate sint in nobis ab aliqua quod ē intellectus liberatus a materia ⁊ est intellectus agens. Illa vero intellecta dicunt i nobis fieri voluntarie que est in nobis acquirātur ex primis propositionibus per discursum precedentem tāq̄z cōclusiones ex illis demōstrate. Et he ideo voluntarie acquiri dicuntur quia nō statim sunt intellectu manifesta. lz oz precedere discursum ad ea credendum neq̄z intellect⁹ eis assentit nisi p voluntatem siue ex proposito ad ea credenda sufficiens fuerint rōcinatus itellectu agēte ad hoc coopante. Vnde nō potest aliquis dicere q̄ prime propositiones non habeant causalitatē super intelligentia voluntaria ꝓpterea q̄ nullus ea firmiter credit nisi ipsa reducat in principia per se nota neq̄z etiam sole prime ꝓpositiones sufficiuntur cum declaratum sit omnium talium intellectorum agens esse vnum ⁊ eternum. Ex quo sequitur q̄ est necesse vti intellectum speculatiuum sit aligd generatum ab intellectu agente ⁊ p̄ris ꝓpositionibus.

Tertio p̄mittit q̄ quandocūq̄z aliqua actio prouenit a duobus agentibus diuersis necesse est vt vnū illorū sit quasi materia ⁊ instrumentū respectu alteri⁹. aliud aūt quasi forma ⁊ agens principale. cum ergo intellectus i habitu siue noticia conclusionis sit in nobis ab intellectu agente ⁊ primis propositionibus vt declaratum est sequit̄ aut q̄ prime propositiones sunt quasi materia respectu intellectus agentis ⁊ intellectus agēs quasi forma aut q̄ prime ꝓpositiones sunt quasi instrumentum ⁊ intellect⁹ agens quasi efficiens principale ⁊ hoc est multuz simile si ponatur q̄ prime propositiones sunt sic materia siue q̄ sint sic instrumentum. Et similiter siue ponatur q̄ itellectus agens sit sicut forma siue sicut agens principale.

Quarto circa hoc mouet cōmentator vnum dubium q̄ si ponatur q̄ prime propositiones sunt quasi instrumentū intellectus agentis tunc sequitur q̄ actio eterna intellect⁹ agentis prouenit a duobus quox vnum est eternū et aliud non est eternuz. s. prime propositiones. ⁊ hoc est i possibile q̄ instrumentum eterni debet esse eternuz. Et si dicatur q̄ prime ꝓpositiones sunt eterne tunc sequitur q̄ intellecta speculatiua siue conclusiones sunt eterna cui⁹ oppositum dictum est supra. Si autem dicatur q̄ prime ꝓpositiones sunt sicut materia sequitur idem q̄ prius. s. q̄ sint eterne ⁊ similiter intellectus speculatiuus. q̄ impossibile est q̄ generabile ⁊ corruptibile sit materia eterna.

Pro solutione istox dicit commentator q̄ cum dicit̄ q̄ prime ꝓpositiones sunt quasi materia vel quasi instrumētum intellectus agentis non dz intelligi q̄ sint vera materia aut verum instrumentum. s. ꝓpinquum ⁊ immediatum. sed q̄ assimilantur materie ⁊ instrumento ita q̄ proportio inter intellectum agentem ⁊ primas ꝓpositiones ē sicut ꝓportio forme ad materiam ⁊ agentis principalis ad instrumentum. Et hoc vlteriuſ declarat commentator conclusiones ⁊ similiter intellectus in habitu est similis materie in ordine ad intellectum agentem ⁊ intellect⁹ agens simlis forme sicut q̄ respectus intellectus agentis ad intellectum in habitu est sicut respectus forme ad materiam lz intellectus agens sit eternus ⁊ intellectus in habitu generabilis ⁊ corruptibilis. Vnde sic arguit commentator. Quorūcunq̄z duorum habentiū idem subiectū vnum est pfectius alio necesse est vt respectus pfectionis ad unpfectius sit sicut respectus forme ad materiam. sz intellectus agens ⁊ intellectus speculatiuus siue in habitu habent idem subiectum vz intellectum materialem ⁊ intellectus agens est pfectior intellectu in habitu. ergo respect⁹ intellectus agentis ad intellectum in habitu est sicut respectus forme ad materiam pz ꝓma ⁊ maior. minor autem declaratur ꝓ prima pte pr ꝓ secunda est manifesta. nā clarū est q̄ intellectus speculatiuus siue in habitu est in intellectu materiali vt in subiecto ⁊ mediante intellectu speculatiuo intellectus agens continuatur cū intellectu materiali ⁊ ei vnitur vt forma. ergo sequit̄ q̄ tam intellectus speculatiuus siue in habitu q̄z intellectus agens sunt vt in subiecto in intellectu materiali q̄z⁹ intellectus agens sit efficiens intellectum speculatiuum sicut lux ⁊ color fm esse intentionale habent idem subiectum vz diafanū ⁊ tamē lux efficit ipsum colorem. i. spēm coloris apud quoſdā opinionem. His premissis declarat commentator modū fm quem intellectus materialis intelligit substātias bstractas fm q̄ nobis vnitur ⁊ vult q̄ intelligat eas p intellectum agentē sibi vnitū vt forma qđ accidit in postremo ⁊ non in principio. Quod aūt intellectus agens nobis vniatur vt forma, pbat commentator. q̄ illud p quod aliquid agit p suam ꝓpriam actionem est forma eius. sed p intellectum agentē agimus actionem nobis ꝓpriam. s. intelligere. ergo intellectus agens est in nobis vt forma. Modus aūt p̄q̄ nobis copulatur est talis q̄m intellecta speculativa ⁊ similiter intellectus materialis in quo recipiunt̄ copulatur nobis p formas imaginabiles siue ꝓphantasmata existentia in nobis a qbus fiunt intellecta speculativa ⁊ in esse dependent. Intellectus vero agens copulatur cū intellectus speculatiuis vt fuit ostensum ⁊ mediantibus intellectis speculatiuis copulatur cū intellectu materiali nobis vnito ⁊ sic nobis copulatur. Nam nā intellect⁹ agens q̄z intellectus speculatiue in eodē subiecto recipiuntur ea comprehēdente. s. intellectum materiali. Vnde quando omnia intellecta speculativa fuerint in nobis in potentia tunc intellectus agens erit copulatus nobis in potentia ⁊ quādo omnia fuerint in nobis in actu tūc intellect⁹ agēs erit nobis pfecte copulatus in actu ⁊ quando aliqua fuerint in potētia ⁊ aliqua in actu tūc intellectus agēs erit nobis copulatus fm ptē ⁊ fm ptem non quod non dz intelligi quantū ad copulationem fm substantiam. sed quantum ad copulationem fm cognitionē q̄ anteq̄z intellect⁹ agens operatur in nobis non cognoscitur a nobis in actu ⁊ cū ꝓdurerit in nobis omnia intellecta speculativa tūc pfecte cognoscet a nobis fm omnes eius virtutes actiuas ⁊ causalitates ⁊ cū vero aliqua produxerit ⁊ aliqua non tūc cognoscetur a nobis fm aliquas virtutes actiuas ⁊ causalitates quox actuum ⁊ fm aliquas non. Vel exponatur de copulatione intellectus agent. s fm lumē ipsius. vt facit Albertus ⁊ tūc dicit̄ moueri ad continuationem. s. cōpletam eius nobiscū ⁊ cū iste motus erit cōpletus. tūc intellectus agens erit copulatus nobis oibus modis q̄ tūc intelligemus ipsum fm oēs eius virtutes actiuas ⁊ causalitates oium suox actuū ⁊ proportio eius ad nos i illa dispositione est sicut proportio intellectus in habitu ad nos ⁊ cū ita sit necesse est q̄ intellectus materialis cui copulatus est agens vt forma seu homo p intellectū materialem intelligat p substantias intellectus agētis sibi propriꝰ oīa entia sicut intelligit per intellectū in habitu quando fuerit continuatus cū formis imaginabilibus oīa entia. Et hoc uno fm hūc modū assimilatur deo in eo q̄ aliquo modo ē

omnia entia. s. fm esse intentionale ⁊ quantum ad eorum cognitiones ⁊ ex eo q̄ aliquo modo scit omnia entia ⁊ entia fm q̄ sunt in deo nihil sūt nisi scientia eius nec cā entiū prima ⁊ principalissima ē aliud q̄z scientia dei. Et ex hoc p̄z quō intellectus agens continuatur nobis in postremo ⁊ non in principio q̄ non continuatur nobis vt forma nisi cū omnia intellecta speculatiua fuerint in nobis in actu ⁊ hoc non est i principio vt p̄z. sed in postremo. ergo solū in postremo nobis vnitur vt forma ⁊ cū sic vnitur tunc p ipsum intelligimus oīa que intelligimus ⁊ agimus p eius actionem sibi p̄priā v̄z intelligere. Ex quo vlterius apparet q̄ intellectio intellectus agentis nō est aliqua scientiarū speculatiuarū. sed ē aliquid currens cursu rei generate naturaliter a disciplina sciētiarū quasi dicat q̄ scientia que est substantia intellectus agentis naturaliter sequitur in nobis scientias speculatiuas p quarū adeptionem nobis cōiungitur lumen ⁊ substantia intellectus agentis tā q̄z cogitatio nostra vt supra ostensum ē ⁊ tunc dicitur intellectus adēptus. Vnde nō ē remotū q̄ homines adiuuēt se in hac intentione ⁊ adeptione intellectus sicut iuuant se in adeptione scientiarū speculatiuarū per quas acquiritur continuatio intellectus agentis. p ītellecta aūt falsa nō cōtinuatur nobis intellectus agens q̄ non intendūtur naturaliter. sed fiunt a casu vt monstra. Vnde vt alpharab⁹ dixit respectus intellectus agentis ad hominem nō est respectus agentis tm̄. sed agentis ⁊ forme. Dubitatur tamen circa hec dicta vtrū intellectus possibilis corpori vnitus intelligere possit substantias separatas. Arg. q̄ nō. primo sic q̄cūq̄z aliqua adinuicem compārtur sicut p̄ppium agens ⁊ p p̄ppium passuz oz q̄ actio actiui sit equalis passioni passiui. sed intellectus agens ⁊ intellectus possibilis se habent sicut propriū agens ⁊ propriū passum. ergo actio intellectus agentis adequatur passioni intellectus possibilis. cū igitur actio intellectus agentis sit abstrahere ⁊ passio intellectus possibilis intelligere vt patuit supra. sequitur q̄ intelligere intellectus possibilis adequatur abstractioni intellectus agentis ⁊ per ꝯs nihil potest intellectus possibilis intelligere nisi q̄d potest intellectus agēs abstrahere. sed constat q̄ intellectus agens nō pōt abstrahere substantias separatas cū sit de se actu abstracte nec habeat phantasmata a quibus abstrahi possint. ergo nec intellectus possibilis eas poterit intelligere. Secūdo si intellectus possibilis corpori vnitus posset intelligere substantias separatas ⁊ eas cognoscere aut notitia quia aut notitia propter quid non notitia quia quoniam Aristo. sexto metaphy. eadem est via cognoscendi si est sine quia est ⁊ quid est. sed intellectus noster nō potest de substantijs separatis cognoscere quid est. ergo nec etiam quia est. Et q̄ non possit cognoscere quid ē declaratur q̄ talis cognitio acquirit p notitiam accidentium proprietatuz vt habitum est primo huius. sed de substātijs separatis nulla cognoscimus p̄pria accidentia cū mouere intelligere ⁊ reliqua huiusmodi sint accidentia ca᷒ communia. quare ⁊c. Nec valet si diceretur q̄ de deo cognoscimus aliqua que sunt sicut accidentia eius p̄pria vt q̄ est primū simpliciter inde pendens infinitus ⁊c. q̄ obiectum ⁊ potentia debēt adinuicem p̄portionari. sed finitum ⁊ infinitū non p̄portionantur vt p̄z. ergo intellectus noster qui est finitus nō potest intelligere deū qui est infinitus. Etiam nō potest intellectus noster habere notitiam propter quid de substantijs separatis tamē vt dicit A᷒. scdo methaphisice ita se habet intellectus noster ad manifestissima i natura sicut sūt substantie separate sicut oculus noctue ad lumen solis quod verum non esset si de ipsis notitiam propter quid que est ceteris pfectissima posset haberi. Et confirmatur quia notitia p̄pter quid est p cām. sed substantiarum separatarū nullam cognoscimus cām ⁊ maxime dei qui est prima cā rum igitur ⁊c. In oppositum est cōmentator commento trigesimo sexto huius tertij. Et arguitur ēt rōne quoniam omnis cognitio fit per assimulationem cognoscētis ad cognitum ⁊ per ꝯs quod est magis simile nostro intellectui est ab eo magis cognoscibile. sed substantie abstracte magis assimilantur ei q̄z substantie materiales ⁊ ipse potest cognoscere substantias materiales. ergo a fortiori cognoscere poterit substantias abstractas. Vnde dicit cōmentator secundo methaphysice q̄ si substantie abstracte non possent intelligi ab intellectu nr̄o tūc natura ociose egisset q̄ fecisset aliquid naturaliter intelligibile quod a nullo posset intelligi. sed in modo fm quam intellectus possibilis corpori vnitus intelligere potest substantias separatas inter scribentis est maxima discrepantia vult. n. commentator Auerois q̄ intellectus possibilis possit intelligere substantias separatas intuitiue ⁊ fm earum quidditates intellectus agentis sibi vnitum vt forma post cōplete generationem intellectus in habitu: nam cū intellectus agens seipsum intelligat p substantiam propriam ⁊ intelligentias superiores per ipsas sibi aliqualiter vnitas sequitur q̄ cum intellectus agens erit factus forma intellectus possibilis q̄ tūc intellectus possibilis p ipsum intelligat quicquid intellectus agens intelliget ⁊ simili modo quod tamen erit ordine quodā. qm̄ primo intellectus possibilis intelligit omnia materialia deinde actum propriuz proprium postea se ipsum deinde intellectum agentem et consequenter ascendendo intelligit intelligentiam orbis lune. postea mercurij postea veneris ⁊ sic gradatim donec perueniat ad vltimam intelligentiam que ē deus gloriosus. ⁊ hoc mō intellectus ascendit in intelligendo de forma in forma dum est factus adeptus i quo statu ponit hominis vltimam felicitatem. Hec tamen opinio a nō nullis multipliciter mordetur. Primo quia si intellectus agens esset substantia separata vt ꝯz hec positio tunc nō veretur nobis fm suam substantiam. sed solum lumen eius fm q̄ ptcipatur intellectus speculatiuus ⁊ non quantum ad alias actiones intellectus agentis vt possumus p hoc intelligere substantias separatas sicut dū videmus colores illuminatos a sole non vnitur nobis substātia solis vt possimus agere actiones solis. sed solum nobis vnitur lumē solis ad visionē colorus. Secūdo arguunt q̄ dato q̄ intellectus agens nobis vniretur fm substantiam suam tamē vt ponit Auerrois non vnitur nobis nisi per intellecta speculatiua rerum materialium ⁊ p ꝯs per ipsum sic vnitum non erimus potentes itelligere nisi materialia. Tertio intelligere omnia materialia vix contingat alicui in hoc mundo vel paucis si ergo in tali adeptione intellectus esset felicitas humana sequeretur q̄ pauci ad felicitatem puenirent humanā contra A᷒. primo ethicoꝝ dicentem q̄ felicitas est bonum cōmune q̄ potest prouenire omnibus non orbatis ad virtutem. Quarto q̄ felicitas non fit in continuatione intellectus agentis nobis cum ostendunt p A᷒. in. x. ethicoꝝ volentē q̄ felicitas ē opatio fm virtutem perfectam ⁊ q̄ maxima felicitas consistit in cognitione maximoꝝ intelligibilium p̄z sapientiā que est optima virtute ⁊ principalissima scientiarum speculatiuarū. quare ⁊c. Propter hec ⁊ alia multa tenuerūt aliqui in hac difficultate oppositum cōmentatoris premittentes. primo q̄ duplex est notitia simplex ⁊ intuitiua vt cognitio que visus comprehendit colorem. alia est cōplexa ⁊ discursiua p augmentationem acquiritur vt primus motor est eternus. Et ex hac sequitur alia distinctio. s. q̄ de aliquo dupliciter potest haberi notitia. vno mō quātū ad quidditatem ⁊ essentiam eius. alio modo quātū ad eius esse ⁊ operationes. Premittit secūdo q̄ intellectus noster possibilis est infinitus in genere nature intellectualis adeo q̄ ē natus moueri naturaliter ad itelligendū a p̄hā

¶ Mirandum est ergo de istis hominibus qui ita false imponunt commentatori illud cuius oppositum dicit expresse. Et cum vlterius inquit commentator q̄ prima perfectio sensus fit ab intelligentia agente. istud sic debet intelligi scilicet q̄ prima perfectio sensus fit a generante quod dicitur intelligentia pro quanto agit propter determinatum finem directum ⁊ regulatum ab intelligentijs ⁊ superioribus vt alibi habet videri. De eo vero quod dicit commentator commento sexagesimo: q̄ necesse est ponere motorez extrinsecum in sensibus alium a sensibilibus infra dicet.

Secunda opinio fuit Joannis de Bandano ponentis in anima sensitiua duplices naturales potentias quarum quasdam dicit esse sensus passiuos: quasdam vero actiuos de qua in conclusionibus ponendis disputetur. Tertia fuit opinio Joannis Bridani ponentis animam sensitiuaz per essentiam propriam absque aliqua naturali potentia illi superadducta specie sensibili in organo inducta ad sensationem actiue ⁊ passiue concurrere de qua etiam post determinabitur. Aduerte tamen q̄ licet Joannes Bridanus ponat speciem sensibilem recipi subiective in organo ⁊ non in anima sensitiua. Alij tamen dicunt ⁊ forte verius q̄ species sensibilis recipitur etiam in composito in anima sensitiua cum secundum Aristotelem sensus sit susceptiuus specierum sine materia. Quarto opinio que veritati propinquior apparet ⁊ mentibus auctorum cōformior ponit q̄ nullo modo non sit dare sensum agentez respectu sensationum sensuum exteriorum intrinsecum aut extrinsecum. ⁊ q̄ obiecta sensibilia sunt sufficientia ad producendum speciem sensibilem in sensu ⁊ tandem sensationem mediante sensibili specie absque concursu alteri⁹ particularis agentis.

¶ Premittendum primo q̄ sensuū quidam exteriores ⁊ quidam interiores.

¶ Premittendum secundo q̄ dupler est sensatio scilicet exterior ⁊ interior. sensatio exterior est illa que fit in sensu exteriori: sicut visio auditus olfactio gustatio ⁊ tactio. Sensatio vero interior est illa que in sensu interiori causatur: sicut apprehensio sens⁹ cōmunis aut cogitatiue

¶ Premittendum tertio q̄ sensus equiuoce sumitur. Nam aliquando sumitur pro anima sensitiua: ⁊ aliquando pro potentia in ea existente mediante qua sentit: aliquando vero pro ipso sentire hoc patet ex varijs dictis auctorum.

¶ Quantum ad secundum sit hec prima conclusio. Nulla intelligentia est sensus agens respectu omnium sensationum exteriorum aut sensibilium exteriorum tanquaz agens principale propinquum. Ista conclusio ponitur contra opinionem primam cuius probatio ex illius opinionibus improbatione accipiatur breuitatis causa. Dicit autem respectu sensationum exteriorum. quoniad ad sensationem interiorem quandoq̄z concurrit intelligentia tanquam agens principale ⁊ propinquum. vnde tempore sōni multiplicat intelligentia suum lumen spirituale nedum ad intellectum immo etiam ad sensum interiorem: qui cuz sit spiritualior sensu exteriori est illius amplius susceptiu⁹ tunc ergo ipso per sensibilium species non distracto sicut i vigilia contingit causat in eo intelligentia per lumē quod sibi imprimit actum sentiendi: ⁊ tunc somnia causant que diuina a medicis appellantur. Et aliquando tempore vigilie taliter causatur sensatio in sensu interiori hominis habētis animam elevatam non immersam materie a passionibusq̄z semotam: vt colligi potest de mente Auicen. Quarta sexti naturalium ⁊ Alberti in libro de somno ⁊ vigilia. Ex conclusione etiam differentia qua queritur an somnia cōserant ad curam. Secunda. Nullus sensus exterior ad sensationem particularem actiue concurrit: sed obiectū extrinsecum cum specie ab eo causata. Ista conclusio ē bipartita: cuius prima pars a quibusdam sic arguitur. Si i anima sensitiua preter sensum passiuum poneretur alt⁹ sensus ad sensationem exteriorem actiue concurrens: aut ille esset cognoscens: aut non cognoscens. non potest dici q̄ esset cognoscens: quia tunc superfluerent sensus passiui q̄ tunt cognoscentes. nec etiam est non cognoscens: quia tūc sensus passiuus esset eo perfectior cū cognoscens, sit perfectius non cognoscente. hoc autem est falsum. Huic respōdet Joannes de Jan. dicens q̄ lz sensus passiuus inquātū cognoscens pfectior sit sensu actiuo inquātū nō cognoscit tñ sensus actiu⁹ simplr ⁊ sm subam ē pfectior q̄z sensus passiu⁹ nec vlr cognoscēs ē simplr nobilio⁹ nō cognoscēte Sed hec rñsio nō valet. qm̄ p mō ē vez q̄ sensus passiu⁹ cognoscat cū sit q̄litas de secūda spē q̄litatis vz nālis potentia vt ipse fatet. nulla aūt q̄litas cognoscit. vñ mirādū ē de eo qō dixerit sensū passiuū cognoscere tenēdo alia q̄ ipe cōcedit. Et si aliqs auctor dicit sensū exteriorē inducere siue cōgscere capit sensū, p alia sensitiua ⁊ ñ pcise p ei⁹ potētia nāli Ité arguit q̄ vlr cōgscēs simplr ⁊ sm subam ē nobilior ñ cōgscēte saltz si fuerit eiusdē gnis nālis vt vtrūq̄z corruptibile aut vtrūq̄z incorruptibile qm̄ ex pfectōe opatiōis arguit

perfectio potentie siue fuerit actio siue passio. sed cognosce re est opatio nobilior q̄s sit aliqua operatio illius quod nō cognoscit. ergo cognoscens est nobilius non cognoscēte. vnde multi concedūt q̄ formica est nobilior corpe celesti intelligentia secluso. hoc tñ concedere nō oz. quia celum ⁊ formica non sunt eiusdem generis naturalis cum celum incorruptibile sit. formica aūt sit corruptibilis. Sed aliter est de sensu actiuo ⁊ de sensu passiuo si ambo ponantur in anima sensitiua: quia tunc ambo corruptibiles essent. ideo si passiuus esset cognoscens ⁊ non actiuus infallibiliter se queretur q̄ passiuus esset simpliciter nobilior sensu actiuo quod tamen ipse negare conatur. ideo pro cadez parte alter sic arguitur. Si esset sensus agens respectu sensatiōis exterioris tunc contingeret alias sentire sensu exteriori absente sensibili. consequens falsum. ⁊ contra Aristotelē p̄batur consequentia. quia agente naturali appropinquato passo necessario fit actio: vt colligitur ex primo de generatione. sed absente sensibili ⁊ dato sensu agente tunc alias habet in se virtutem actiuam sensationis exterioris ⁊ passiuam. ergo tunc fiet sensatio. quare ⁊c̄. Et si dicatur q̄ requiritur species sensibilis que producitur ab obiecto vt disponat sensum passiuum ad recipiendum sensationem: vt ponit predictus Joannes. Contra hoc argumentum q̄ talis species possit produci a sensu agente. Nam omne agens quod sufficit aliquam formam inducere i subiecto sufficit etiam illud subiectum disponere p̄o receptione illius forme vt patet in alijs tam inanimatis q̄z animatis: vt in bruto ⁊ planta ⁊ igne ⁊ alijs talibus. sed per ipm in anima sensitiua est sensus agens sufficiēs inducere sensationem in sensu passiuo. ergo etiam sufficiet ipsum disponere p̄o illius receptione ⁊ per consequens speciez sensibilem in eo causare. Et confirmatur. quia sicut se habet intellectus agens ad intellectum possibilem in productione intellectionis: ita se haberet sensus actiuus ad sensum passiuum in productione sensationis. Sed intellectus agens producit in intellectu possibili speciem intelligibilem que intellectio causatur nullo extrinseco concurrente. ergo similiter sensus agens producet in sensu passiuo speciem sensibilem qua sensatio causatur. tenet consequentia cum maiori ex conuenienti similitudine. ⁊ minor colligitur ex tertio de anima. Secunda pars illius conclusionis sic p̄batur. Omnis effectus particularis in actu requirit aliquod agens particulare in actu ⁊ instrumentum aliquod ipsius agentis. sed sensatio exterior est effect⁹ particularis in actu. ergo requirit agens principale particulare in actu ⁊ instrumentum aliquod ipsius agentis. tale autem agens principale particulare aut est intelligentia aliqua aut virtus aliqua existens in anima sensitiua: aut ipa anima: aut obiectum sensibile per sufficientem diuisionē. sed non est aliqua intelligentia vt asserit prima conclusio nec virtus aliqua anime sensitiue vt patuit per primā partem huius conclusionis etiam si daretur sensus agens nō esset agens principale sed instrumentum anime sensitiue: vt tenent ipsum ponentes. nec etiam est anima sensitiua: vt in sequenti conclusione ostendetur. ergo relinquitur vltimum dandum esse videlicet illud esse obiectum sensibile ipsius autem instrumentum non potest esse nisi species sensibilis ab eo producta. quare ⁊c̄. Exquo sequitur cōtra Joannem de Bandano q̄ species sensibilis concurrit actiue ad actum sentiendi ⁊ non tantum dispositiue siue passiue vt ipse multotiens ponit. Tertia conclusio. anima sensitiua in ordine ad sensationes exteriores est potentia pure passiua. hec conclusio p̄batur. Si anima sensitiua concurreret actiue ad sensationem exteriorem cum nulla substantia sit principium immediate productiuum alicui⁹ siue operationis sed semper indiget aliquo instrumento si bi naturaliter inexistente: tunc in anima esset aliqua virtus naturalis qua vterentur vt instrumento in productione sensationis. talis autem esset sensus agens quem tamen non dari p̄batum est in prima parte secunde conclusiōis. hoc stante tunc arguitur sic. Anima sensitiua non concurrit actiue ad sensationem exteriorem vt nunc argutum est ⁊ ad eandem concurrit passiue vt omnes fatentur. ergo anima sensitiua ad sensationes exteriores pure passiue concurrit. ⁊ per consequens in ordine ad ipsas est potentia pure passiua.

¶ His habitis respondetur ad rationes ante oppositum factas. Ad primum cum dicitur q̄ in omni natura in qua est aliquid ⁊c̄. Respondeo q̄ Aristoteles non vult illam propositionem esse vniuersaliter veram: sed cum hac modificatione scilicet q̄ illud quod est omnia fieri possit ⁊ duci ad actum non concurrente actiuo extrinseco. hoc enī stante: tunc in eadem natura bene erit aliquid quod ē omnia agere vt est de intellectu. quoniam licet in principio cōcurrat phantasma causatum ab obiecto exteriori: post tamen habituationem potest intellectus moueri ad intellectum: nullo particulari extrinseco concurrente cum tunc in potestate nostra sit intelligere cum voluerimus. Sic autem non est de sensu exteriori quia semper in suo actu sentiendi presupponit obiectum extrinsecum. Ad secundū cum arguitur q̄ materiale non potest vigore proprio producere spirituale. hoc est negandum immo forma materialis sensata ex se producit se spiritualiter in medio aut organo producendo speciem sensibilem aut sensationem non concurrente alio particulari agente nisi forte per accidens si tenemus subiectum forme secum cogere: Et ad cōfirmationem cum dicitur q̄ nullum agens principale agit vltra propriam speciem. verum est in generatione vniuoca: sed in generatione equiuoca vt in proposito non in conuenit aliquod agens aliquid perfectius se producere immo Burleus in quodam suo quolibeto tenet q̄ qualitas potest vigore proprio producere formam substantialem ⁊ tanquam agens principale particulare vt caliditas formā substantialem ignis. ⁊ ita de alijs.

¶ Attendendum tamen p̄o argumento q̄ non omnino ita se habet sensibile ad sensum sicut intelligibile ad intellectum. Nam intelligere videlicet phantasma siue intentio imaginata sic se habet ad intellectum possibilem: quod nō est de se sufficiens ipsum mouere. quia phantasma est materiale ⁊ extensum. intellectus autem possibilis est abstractus ⁊ inextensus. ideo phantasma non est de se in actu respectu intellectionis ⁊ sufficienter dispositum. sed in potentia solum propter quod oportuit p̄o intellectione causanda seu specie intelligibili in intellectu possibili preter phantasma concurrere intellectum agentem qui irradiaret phantasma ⁊ faceret ipsum in actu ⁊ ex eo abstraheret speciem intelligibilem. sensibile autem est de se in actu respectu speciei sensibilis aut sensationis fiende. quoniam licet potentia sensitiua sit ens spiritualius q̄s sensibilis forma: est tamen potētia organica ⁊ extensa sicut forma sensibilis: quare in ea potest recipi species sensibilis ⁊ consequenter sensatio absque aliqua abstractiōe ⁊ absque concursu alterius agentis particularis spiritualioris q̄s sit forma sensata p̄sertim cum species sensibilis ⁊ similiter sensatio sint extense ⁊ materiali conditione participantes.

¶ In hoc capit similitudo. quia sicut intelligibile mouet intellectum: ita sensibile mouet sensum.

¶ Ad tertiam cuz dicitur q̄ nobiliori forme nobilior operatio debetur. hoc conceditur ⁊ vlterius dico q̄ nobilior ē operatio potentie sensitiue q̄s vegetatiue sit actio. Nec vniuersaliter agere est nobilius q̄s pati nisi fuerint eiusdem rationis.

Vbi autem fuerint diuersarum rationum fiat econuersio: s. q̄ passio certa actione sit nobilior vt in ꝓposito quoniaz passio sensus est sine transmutatiõe materie cum sit passio spiritualis que est salus ⁊ perfectio absqz contrarij abiectione. agere autem vegetatiue potentie est cum alteratione corruptiua ⁊ cum transmutatione materie. quare est imperfectius q̄z sit pati ipsius sensus. Et ad confirmationem primam cum dicitur q̄ cuiuslibet forme est agere: hoc negat Burleus capiendo agere ꝓprie quãuis concedendũ sit capiendo cõmuniter agere videlicet hoc modo q̄ cuiuslibet forme est habere actum secundum siue illum a se habeat siue ab alio. ¶Dossemus tamen concedere q̄ cuiuslibet forme est ꝓprie agere: ⁊ q̄ sensus exterior ꝓprie agit non quidam in productione sensationis exterioris cũ ad illam pure passiue concurrat. sed in productione speciei sensibilis aut sensationis in sensu communi. quoniam sensus communis immutatur a sensu exteriori informato sensatione. Aristoteles autem virtutem vegetatiuam vocat actiuam ⁊ sensum vocat virtutem passiuam nominãdo virtutes illas a suis operationibus primis. vnde l3 vtraqz illarum agat ⁊ patiatur: vegetatiua tamen virtus per prius agit q̄z patiatur: ⁊ econtra virtus sensitiua per prius patitur a sensibili q̄z agat vt patet ex dictis. Ad confirmationem secundam cum dicit q̄ omnis actio immanens est in agente. concedo capiendo agens communiter ꝓ operante ⁊ actionem communiter ꝓ operatione siue talis operatio sit actio siue sit passio. ⁊ hoc modo cepit Aristoteles loco ibidem allegato. Vnde sensatio est operatio sensus quãuis non sit effectiue a sensu sed a sensibili. si tamen caperetur agens ꝓprie ꝓ producente. ⁊ similiter actio: tunc non est verum q̄ sensatio sit actio immanẽs.

Sunt tamen aliqui dicentes q̄ sensatio exterior non est actio ĩmanens sed sensatio interior que est effectiue a sensu in quo subiectatur est inmanens actio vt dum cogitatiua discurrit aut dicit vnum ex alio sicut prima intellectio que fit in intellectu possibili non est actio immanens quia ad illam non concurrit actiue intellectus possibilis. sed aliq̄ posterior q̄z efficit silogizando vel abstrahendo debet dici immanens actio. Et vlterius ꝓ auctoritate Aristotelis concedo q̄ anima sensitiua est causa actiua sensatiõis non quidem exterioris sed interioris. Ad auctoritatez autem commentatoris dicendum q̄ commentator non dicit q̄ anima est causa effectiua omnium motuum ꝓprio rum corpori animato: sed omnium modorum talium motuum. Vnde littera commentatoris trigesimosecundo: secundo de anima sic iacet. Declarauit etiam eam scilicet animam esse causam mouentem secundum omnes modos motuum existentes in animato siue veros siue estimatos. ⁊ ad veritatem huius sufficit q̄ alicuius sensationis sit causa effectiua. ⁊ sic de aliis modis motuum ꝓprioz corpori animato. Sed ad id quod superius dicebatur cõmentatorem velle dari sensum agentem extrinsecum a sensibus passiuis alium a sensibilibus. Respondetur q̄ licet commentator ad illam partem declinare videatur illud tamen sub dubio relinquit dum loquens sub conditione sic dicit. Visum est igitur q̄ si concesserimus q̄ diuersitas formarum est causa diuersitatis materie: q̄ necesse erit motorem extrinsecum esse. deinde subdit: Tu autem debes hoc considerare quoniam indiget perscrutatione. ¶Videtur igitur mihi q̄ commentator imaginatus fuerit esse satis probabile q̄ cum obiectum sensibile sit materiale ⁊ sensus spiritualis. ⁊ similiter species sensibiles ⁊ sensatio que in ipso producuntur cum spiritualitate forme producte nõ fiat ex spiritualitate subiecti q̄ ad illius productionem vna cum obiecto sensibili concurrit motor extrinsecum spiritualis qui est causa spiritualitatis forme producte sicut intellectus agens est causa spiritualis speciei intelligibilis: ad cuius productionem non sufficeret phantasma quod ẽ materiale. ⁊ iuxta hanc phantasiam sicut ꝓ intellectiõe causanda ponimus duplicem motorem scilicet phantasma qd̄ est vniuersale in potentia ⁊ quodammodo habet esse in intellectu agente scilicet per eius abstractionem ⁊ reductionem ad actum ab intellectu agente qui secundum esse vnitur possibili. sic respectu ipsius sensatiõis duplicẽ ponim⁹ motorẽ extrinsecũ tm̃ a sensu passiuo in quo sensatio causat videlicet obiectum sensibile ⁊ intelligentiam agentem ipsum sensibile dirigentem ⁊ secum concurrentem tã ad speciei sensibilis q̄z etiam sensationis productionem. hanc tamen intelligentiam particulariter ad species sensibiles ⁊ sensationes concurrere non video esse opportunum ⁊ oppositum teneo in questionis determinatione. Ad quartam rationem principalem nego q̄ ex actu sentiendi maior arguatur perfectio obiecti q̄z sensus. ⁊ ad probationez eius negatur maior immo ex actu sentienti magis arguitur perfectio in sensu q̄z in obiecto: quia actus sentiendi recipitur in sensu ⁊ intrinsece perficit ipsum ⁊ mediante sensu est per ipsum anima cognoscens formaliter qualiter nõ contingit de obiecto sensibili. Ad quintam rationez putatam Achillem a priori tamen parum discrepantem. Respondeo negando sequi q̄ species sensibilis sit perfectior sensu. Et ad probationem cum dicitur quandocunque aliqua duo habent eandem nobilissimam operationem tc̃ negetur ista maior. bene tamen concedo q̄ illud est nobilior causa illius cum quo tamen stat q̄ aliud sit ens semper perfectius quia per illam operationem magis perficitur. Dico igitur q̄ quia species vel forma sensibilis nobiliorẽ habet causalitatem supra sensationem q̄z sensus quod est nobilior causa illius. quia nobilior causa est agens q̄z materia. sed quia sensus per sensationem magis perficitur q̄z species seu forma sensibilis tanquam per nobilissimã vtrius̃que operationem ex hoc sequitur sensum esse absolute ⁊ simpliciter perfectionem specie vel forma sensibili. Aliter posset responderi concedendo maiorem. sed negando q̄ sensatio exterior sit nobilissima operatio sensus exterioris cum sensus exterior actu sentiens immutet sensum cõmunem ⁊ ad eius primam operationem actiue concurrat que vt patet nobilior est q̄z exterior sensatio. Ad sextaz ⁊ vltimam rationem respondetur q̄ species sensibilis est principium immediate ⁊ per se productiuum sensationis in sensu ⁊ non sensus agens: ex quo talis non datur ⁊ negetur vlterius q̄ species sensibilis sit principium immediate per se receptiuum sensationis immo illud est sensus. ⁊ cum arguitur q̄ non ⁊ vnum ⁊ idem non potest esse principium immediate per se receptiuum diuersorum quorum vnum per se ordinatur ad aliud. Ad hoc respondetur dicendo q̄ illorum quorum vnum per se ordinatur ad aliud: vt materia aut efficiens. si vt materia de illis propositio est vera. Vnde quia quantitas per se ordinatur ad colorem vt materia. ideo non aliquod subiectum esse vtriusque illorum immediate receptiuum. sed si recipit colorẽ ipsum recipit mediante quantitate. ⁊ ex consequenti quantitas in eo immediatius fundatur. Si vero vnum illorum ordinetur ad aliud vt efficiens idem subiectum potest esse vtriusqz immediate receptiuum. ⁊ sic est in proposito. naz species sensibilis per se ordinatur ad sensationem vt efficiens ⁊ non vt materia: ⁊ tam species sensibilis q̄z sensatio immediate recipitur in sensu mediante sensatione disponente ipsum ad talem receptionem nec econuerso. ⁊ ex dictis intelligi potest patere.

Incipit de questionibus cõmunibus disputata p Bac
canum de Thiennis artium ⁊ medicine doctorem.

Queritur: Utr sensibilia cõmunia sint sen
sibilia per se. Ad partẽ negatiuã arguit
primo sic. Quandocũq; aliqua passio cõpe
tit aliquibus uni per se ⁊ primo: ⁊ alteri p se
⁊ non primo. ⁊ tunc illud cui competit p se
⁊ non primo identificatur illi cui competit
per se ⁊ primo. sed uisibilitas competit colori per se ⁊ pri
mo capiendo colorem large cum sit primum obiectum ui
sus. ergo si competeret magnitudini aut alteri sensibili cõ
muni per se ⁊ non primo ut cõmuniter ponitur: tũc seque
retur q; color ⁊ magnitudo essent idem. consequens est fal
sum: ut patet. consequentia tenet ⁊ maior est manifesta. ga
dum passio competit alicui per se ⁊ non primo: tunc illud
est superius uel inferius ad illud cui competit per se ⁊ pri
mo sicut patet de risibilitate que competit alteri aut sorti p
se ⁊ non primo. quia alias esset superius ad hominem ⁊ sor
tes est inferius ad hominem cui competit predicta passio
per se ⁊ primo. notum autem est q; superius identificatur suo
inferiori: ⁊ econuerso. Secundo arguitur specialiter d
motu ⁊ quiete qui non sunt sensibilia per se: quoniam nul
lum per se sensibile a sensu exteriori potest ab eo cognosci
nisi pus in eius presentia sit. ⁊ per consequens nisi propriaz
speciem in sensum imprimat. quia aliter posset compre
hendi in eius absentia. sed quies nullam speciem imprimit
in sensum cum sit pura priuatio. similiter nec motus cũ de
eo non habeamus simul nisi mutatum esse quod ponitur
indiuisibile. ergo non sunt sensibilia per se. q; autem mo
tus non multiplicet speciem permutatum esse ut quidam
voluerunt: probatur. nam illo dato sequeretur q; aut idem
motus numero infinitis visionibus totalibus videret ab
eodem oculo in quantũcunq; modico tempore: aut q; vide
retur per speciem infinite intensionis: ⁊ sic esset infinita in
tensio visio: quod probatur utraq; eius parte est impossibile. ⁊ p
batur consequentia. quia qua ratione unum mutatum esse
multiplicat speciem eadem ratione ⁊ aliud. Aut ergo ille
species ⁊ visiones eis mediantibus causate remanebunt
per tempus in oculo: aut quelibet solum per instans.
Si secundum cum infinita erunt talia instantia in quantũ
cunq; modico tempore sequitur prima pars disiũctiue illate
s. q; infinitis visionibus idem mutatum esse videbit ⁊c.
Si primum tunc sequitur q; ex illis infinitis speciebus re
sultabit species infinite intensa. ⁊ sic visio infinite: quod ẽ
altera pars disiũctiue. In oppositum est Ax. secundo
de anima ca. de sensibilibus ubi ponit tam sensibilia pro
pria q̃z cõmunia esse sensibilia per se. quia sunt necessario
subiecta immutationis sensibilium propriorum. Idem etiaz
affirmat Albertus assignans aliam causam uidelicet quia
per propias species sentiuntur. Et sanctus Tho. dicit q;
sunt sensibilia per se: quia modificant immutationes sensibi
lium propriorum sic q; per eorum variationem sensibilia propria di
uersimode immutant. Et ratione sic potest hoc persuade
ri. Sensibilia cõmunia per prius sunt sensibilia q̃z sensi
bilia propria. sed sensibilia propria sunt sensibilia per se. ergo
⁊ sensibilia cõmunia. probatur maior. quia sensibilia a sen
su ut sensus per prius sunt sensibilia q̃z sensibilia a sensu
ut quidam sensus. sed sensibilia cõmunia sunt sensibilia a
sensu ut sensus: ⁊ sensibilia propria ut quidam sensus ut di
cit cõmentator. quare ⁊c. Pro hac questione primo est
premittendum q; sensibile est triplex: videlicet proprium com
mune ⁊ per accidens. Sensibile proprium est quod nõ con
tingit altero sensu sentiri. ⁊ circa quod non cõtingit sen
tiri ab omnibus ⁊ cui ea quod non contingit sensum errare
ut color ⁊ sonus. Sensibile cõmune est quod cõtingit a plu
ribus sensibus sentiri: ut magnitudo ⁊ figura que sunt sen
sibilia a visu ⁊ tactu ut numerus motus ⁊ quies que sunt
sensibilia ab omnibus exterioribus sensibus. sensibile per
accidens est illud quod ex hoc solum est sensibile. quia est
subiectum sensibilis per se quãuis non comprehendat a sen
su exteriori prim eius conceptum. ⁊ sic substantia dicitur sen
sibile per accidens: ut Diarij filius. Colligitur hec distin
ctio ab Ax. secũdo de aia ca. de sensibilibus Secundo
premittitur q; nullum indiuisibile seu priuatum multiplicet
propriam speciem in medio: aut organo sensus. patet hic.
quia species est qualitas positiua diuisibilis ⁊ extensa per
medium prim figuram pramidalez aut speralem multipli
plicata ut volũt perspectiui. modo nullum indiuisibile aut
priuatiuum potest aliquod diuisibile aut positiuum multi
plicare quia tunc de vigore proprio ageret ultra speciẽ suaz
quod propter impossibili reputatur. Tertio premittitur q; sen
sus exterior solum incomplexe apprehendit absq; composi
tione ⁊ diuisione. patet hoc. quia componere ⁊ dividere cõ
petit solum sensui cõmuni ⁊ aliis virtutibus interioribus
ut colligitur secũdo ⁊ tertio de anima. His premissis ad
questionem sit hec prima conclusio. Sensibilia cõmunia
non multiplicant species propias. sed cognoscuntur a sen
sibus exterioribus per species sensibilium propriorum que eis
sunt cõmunia. hec conclusio propter prima parte arguitur sic.
Nullum indiuisibile aut priuatum multiplicat speciem p
priam per secundum suppositus. sed numerus est accidens
indiuisibile vel aggregatum ex his. ⁊ quies est motus pri
uatio. ergo nullum horum speciem proprią multiplicat ⁊ ipsa sunt sen
sibilia cõmunia. quare ⁊c. Et consimiliter licet non sit
sic manifestum dicere possumus de aliis sensibus cõmu
nibus ⁊ presertim de motu de quo simul nihil habemus nisi
mutatum esse ut dicebatur prius. ⁊ sic prima pars patet. ⁊
secunda probatur: quoniam sensibilia communia cognos
cuntur per sensus exteriores ⁊ non nisi per species orga
nis sensuum impressas. quod patet. quia interposito obsta
culo non causaretur eorum sensatio. sed non cognoscuntur
per species propias exquo tales non habent ut probatur ẽ
ergo cognoscuntur per species sensibilium propriorum que
eis contiguntur. tenet consequentia. quia aliud videt pos
se speciem imprimere in sensum nisi aut sensibile proprium
aut commune. ⁊ principale assumptum tollitur ab Ax. loco
allegato in primo suppositio ubi ipse enumerando sensibi
lia per sensus exteriores enumerat sensibilia communia
Secunda conclusio. Numerus formaliter sumptus no
comprehenditur per sensum exteriorem: sed multitudo rer
numerata. hec conclusio propter prima parte est manifesta. quo
niam nullum indiuisibile vel ex indiuisibilibus aggrega
tum sensus exterior potest comprehendere propter eius ma
terialitatem. sed numerus formaliter sumptus est huius
modi. ergo ⁊c. Et secunda pars patet quoniam per sensũ
exteriorem comprehendimus multitudinem dum in eo plu
res immutationes causantur a diuersis obiectis in eius or
ganum imprimentibus. Tertia cõclusio. Motus ⁊ ges
seu moueri ⁊ quiescere non sentiuntur a sensu exteriori ni
si concurrat sensus interior. hec cõclusio probatur sic. Mo
tus ⁊ quies non comprehenduntur nisi comprehendendo pri
us ⁊ posterius respectu loci. ⁊ quiescere est rem non sicali
ter se habere prim prius ⁊ posterius: prius autem ⁊ poste
rius sic habere prim prius ⁊ posterius: prius autem ⁊ poste
rius sic sibi invicem succedenda non comprehenduntur nisi
fiat reseruatio per memoriam. ⁊ compositio vel diuisio p
estimativam aut cogitativam iudicando rem esse in alio si
tu q̃z prius fuit vel non esse. quare sequitur ad talem com
prehensionem semper concurrere sensum interiorem.
Quarta conclusio. Sensibilia cõmunia sunt per se sen
sibilia a sensibus exterioribus quia ab eis cognoscuntur p
primos ipsorum conceptus. hec conclusio arguitur. quoniam
sensibilia cõmunia sunt per se sensibilia a sensibus exteri
oribus: ut vult Ax. loco sepe allegato diuidens sensibile

per se a sensu exteriori i sensibile propriū ⁊ cōr. Aut ergo sunt per se sensibilia: qr multiplicant proprias spēs. Aut qr sunt necessario subiecta imutationis sensibilium ꝓpriorum. Aut qr diuersificant eor modos imutandi. Aut qa ꝓcipiunt a sensibus exterioribus ſm ꝓprios cor conceptus p sufficientē diuisionē: sed non primo mō: vt ꝓbatū est: nec secūdo modo qr quies nō necessario subijcit colori ad hoc vt imutet cū color motus sentiatur: nec motus ex simili cā: nec ēt tertio mō qr dispositiones medij aut organi diuersificant modos imutandi sensibiliū propriorū: q̄uis non sint p se sensibiles. relinqtur ergo quartū ꝫ: q ideo sensibilia cōia sunt sensibilia per se: qr p proprios cor cōceptus a sensibus exterioribus sentiūtur. Ad rationes in oppositū. Ad primaz dicitur q aliud pōt dici primo visibile dupliciter. Vnomō primitate imutationis: ⁊ sic color est primo visibilis: qr per prius imutatur visus a colore q̄z ab aliquo alio. Secūdomō dicit aliud primo visibile primitate adequationis: ⁊ sic color nō dicit primo visibilis cū aliud a colore sit p se visibile: vt magnitudo figura ⁊c. Sed hoc mō dicit primo visibile iportatum p hanc orationem forma apta nata comprehendi a visu ſm proprium eius conceptū. Et ex hoc respōdet ad argumentuz cū dicitur. Quandocūq aliqua passio cōpetit aliquibus. ⁊c. Verū est capiendo primo ꝓ primitate adequatōis: sed sic color non est primo visibilis: vt dictū est. Si aūt capiat primo pro primitate imutationis: illa maior est neganda.

Ad secundā pz ex dictis in questione. Ad aliud cū arguitur ꝓ alia pte questionis q sensibilia cōia p pri⁹ sūt sensibilia q̄z sensibilia propria concedit primitate cōitatis: qa a pluribus sensibus sunt sensibilia: nō aūt primitate imutationis: ideo sensibilia ꝓpria: qr primo imutant dicūtur sensibilia per se ⁊ primo: ⁊ sensibilia communia q̄ eis immediate vniuntur' sunt sensibilia p se ⁊ non primo.

¶ Questio de intellectu disputata per Baetanum de tiē nis artium ⁊ medicine doctorem feliciter incipit.

Veritur vtrum intellectus humanus sit ꝑpetuus. Arguit q non primo. Omnis forma extensa ad extensionem corpis est corruptibilis: intellectus humanus est huiusmodi. ergo ⁊c. ꝓbatur minor: qm̄ anima intellectiua aut est forma extensa: aut ē forma indiuisibilis ⁊ inextensa. sed ipsa nō ē forma indiuisibilis ⁊ inextensa. ergo est forma extēsa: pz ꝫ cū maiori ex sufficienti diuisione. Et minor ꝓbatur: qm̄ dato oppositō sequit ista cōclusio. s. q aliqd alicui termino fixo cōtinue per certum tempus efficeret propinquiꝰ a quo p idem tempus cōtinue efficeret distantius: ꝫ̄ est ipossibile: ⁊ sequela sic probat. Et ponam⁹ socratē suo capiti quiescenti propinquiorem facere. sinistram vero distantiorē: ⁊ tunc sequitur si alia socratis est indiuisibilis p totū corpus sit infixa: ⁊ ad ꝫmotū manus dextere continentie p illam horam efficit suo capiti quiescenti propinquior ⁊ eō ad motum manus sinistre p idem tempus efficiet continentie ab eodem distantior. quare ⁊c. Itē si anima intellectiua indiuisibilis exīs p corpus humanū infunderet aut successiue aut simul p totum induceretur. Si successiue ⁊ prius ad vnā ptem q̄z ad aliam: tunc sequitur q aliquid moueret localiter nec p se nec p accīs. ꝫ̄ impossibile: ⁊ ꝓbatur ꝫ̄a: ⁊ sit vnum corpus pedale: p quod debeat infundi aia intellectiua successiue sic q infusio incipiat i a: ⁊ terminet versus b extremū: ⁊ tūc arguit sic. In principio infusionis dū illa aia est in a extremo: ipsa distat a b extremo: ⁊ in fine infusionis erit i eodē ipso quiescente. ergo mouebitur localiter ⁊ nō p se cum nō sit corpus nec p se exīs nec etiaz per accīs: qr omne motum localiter p accīs mouetur ad motum alterius moti p se. sed ibi non est aliud ad cuius motum moueat ex quo corpus cui infunditur ponit quiescere. ergo ⁊c. Similiter segr q aliquod continuū diuideret in infinitum pz de corpe successiue ab illa aia informādo p ptem ante ptē in infinitū. Nam sicut ꝓcedet informatio sic fiet discōtinuatio saltim formalis' ptis tunc informate a pte que pro tunc informata non erat. quare ⁊c. Si dicatur q aia intellectiua simul p totum humanū corpus infundetur. Contra qr per idē posset simul p distincta corpora infundi: ⁊ tunc redibit positio Auerrois de vnitate intellectus. Vnde dato q eadē aia humana distinctis corpibus simul infunderet tunc esset difficultas datis duab⁹ talibus cōpositis: vtrū essent vn⁹ homo ex vnitate aie intellectiue: aut duo ex diuersitate corpor. Et similis ꝫ̄et difficultas de monstro qō vidit Albertus magnus: puta de duobus corpibus humanis que post terga adinuicē cōiungebantur taliter q separari nō poterant: vtrū vnita aia informarent aut diuersis: ⁊ vtrū essent duo homines aut vnus.

Et similiter due aie possent simul eidē corpori infundi ⁊ tunc vbi sic esset dubiū forer: vtrū essent ibi duo homines i corpe cōicantes pp duas aias intellectiuas. Aut esset vn⁹ hō duas hās aias. Sicut etiam appet de homine in cui⁹ corpore malignus spūs ingredi dr. Nam i illo remanet aia prior suum corpus informans: ⁊ recipit nouam que idem corpus informare v' def: ex quo mediāte illo opatur opationes diuersas ab opationibus prime aie producendo. Vnde rusticanum corpus litterarū penitus ignarū p ingressum spūs in ipsum persepe litterali loquit sermone d futuris ꝓnosticatur: ⁊ talia exercet opa que aie prime nūc attribui nō possunt. Contra hoc ēt est medicor sniа ponentiū mēbra principalia prius aiari q̄z alia ⁊ maxime cor qō ponitur primo viuere ⁊ vltimo mori. Secūdo principaliter arguit. Si aia humana cēt ꝑpetua cum homo sit corruptibilis. tunc sequeret ipsum corrūpi p sepationē aie a corpe: g post eius morte i esse sepato remaneret. sed arguit q nō: qm̄ talis sepatio aut cēt materialis ipsi aie: aut violenta nō violenta: qr quandocūq aliqd transmutatur de cē impfectiori ad cē pfectius. illa transmutatio non est violenta. sed in sepatione aie intellectiue a corpe ipsa trās mutat de esse impfectiori ad cē pfectius cum perfecti⁹ esse habeat dū est a corpore sepata q̄z bēbat dum erat eidē vnita: qr tūc mole grauabat. ergo sequit q talis sepatio nō ē sibi violēta: nec ēt est sibi naturalis. Mā quorūcūq duor oppositor vnū ē alicui naturale: reliquū ē sibi violētū. ſz sepatio aie a corpe ⁊ vnio aie ad corpus sūt oppositi. ergo si sepatio aie a corpe esset sibi naturalis: tūc vnio ipsi⁹ ad corpus cēt sibi violēta. ꝫ̄s ē falsum: qr post secūdā vnio nē aie intellectiue ad corp⁹ que ſm catholicos fiet i die iudicij ipsa imꝑpetuū remanebit sibi vnita: mō nullū violentum ꝑpetuū p Ax. primo celi. ergo segr q talis vnio non erit sibi violēta. Itē si aia intellectiua remaneret a corpe sepata: tūc cēt dubiū quō paterer ab igne materiali sic ponūt theologi ipsā pati. Tertio principaliter arguit. Si intellectus human⁹ cēt ꝑpetuus: ⁊ ex cōsequenti indiuisibilis ⁊ infusus p corpus hūanū: tūc sequeret q semel corrupti naturaliter possit reuerti idē i numero ꝫ Ax. secūdo de genera. ⁊ ꝓbat ꝫ̄a ponēdo socratē vna ptē sue carnis comedere ex q̄ eadē ps restauraret: ⁊ tūc segtur illā ptem pri⁹ corrūpi in eius absciſione ⁊ residuo deinde iterum regenerari in secūda informatione eiusdē materie ab eadez forma. Itē iuxta hoc cēt difficultas ꝫ viā catholicorū: dato q vn⁹ hō interficiatur. ⁊ alter de suis carnib⁹ comedat assumendo de eius materia cum qua moriatur: quomodo in resurrectione que fiet in die iudicij vniuscuiusq illor aia suuz corpus informabit: ex quo corpora illa i ma terta saltim ptialiter communicabunt. Quarto principaliter arguitur. Nam si intellectus humanus esset perpetuus: tunc brutum perfecti⁹ sibi simile generaret q̄z homo. ꝓbatur quia brutum in generatione sibi similis ge-

nerat formam substantialem: hō aūt non generat aiam i/
tellectiuam cū desoris venat. sed solū disponit materiam:
modo pfectius est generaro formam substantialē q̄; dis/
positiones materie introducere tm̄: ꝑñs aūt falsa vr. qua
re ꝛc̄. Quinto principaliter. Si intellectus humanus
ꝛc̄. tunc sequeret q̄ quelibet intellectio in eo causata eēt in
finite intentionis: ꝛ ex ꝑñti infinite pfectionis: ꝑñs falsus
est. probaī ꝑña supponendo primo q̄ intellectio sit quali/
tas gradualis intensibilis ꝛ remissibilis. supponendo se
cundo q̄ intensio fiat p additionē ptis gradualis qualita
tis ad ptem gradualem in eodē subiecto prio vtraq; rema
nente: hec p; exercitatis in phia: qbus stantib⁹ arguit sic.
Si a intellectio que est i intellectu tuo esset adequate extē/
sa p vnum pedale: ipsa esset aliquante intensionis: ꝛ sic per
medietatē sic q̄ medietas que eēt in vno semipedali esset
addita alteri medietati alterius semipedalis: tūc eēt in du
plo intensior: ꝛ sic in infinitū: vt p; calculanti cū adiutorio
suppositionum premissarū. ergo sequit q̄ si esset in subie/
cto indiuisibili esset infinite intensa. sed iā ponitur in ani/
ma indiuisibili. ergo ꝛc̄. ꝛ hoc pōt a simili declarari sicut
de caliditate arguit calculator. ꝛ alijs qualitatibus materia
libus. In oppositū ē Ax. secūdo de anima ponēs dif/
ferentiam inter intellectum ꝛ sensum ꝛ alias potētias ani
me organicas dicens. Sepatur aūt hoc ab hoc. s. intelle/
ctus a sensu sicut perpetuum a corruptibili. Et tertio ō ani
ma loquens de intellectu humano dicit. Sepatus aūt ē so
lum hoc quod nature ē: ꝛ hoc solū ē immortale ꝛ perpetu
um. Et idem asserit cōmen. Querrois i magna digressio
ne cōmenti quinti tertij de anima. ꝛ pluries alibi: quod ꝛ
rationibus sic pōt psuaderi. primo q; nulla forma corru/
ptibilis ē reflexiua supra se. sed intellectus humanus ē re
flexiuus supra se cum seipsū intelligat. ergo ꝛc̄. Secun
do q; omnis virtus corruptibilis ledit ab excellenti obie/
cto: vnde excellens sensibile corūpit sensum. sed intelle/
ctus nō ledit ab excellenti intelligibile. sed magis pficitur
quare ꝛc̄. Tertio q; ois virtus corruptibilis senescit in
tempore: intellectus aūt noster nō senescit in tempore. sed
amplius vigoratur. iō ꝛc̄. ℣ro hac questione ꝓmit/
tendum primo q̄ forme de genere substantie in triplici re
periunt gradu. quedā enim est forma materia informans
ꝛ de eius potentia educta vt forma bruti ꝛ plante: ꝛ hec ē
generabilis ꝛ corruptibilis: alia ē forma oīo liberata a ma
teria: que nō materiam informat nec de eius potentia est
educta: vt intelligentia motūs celi: ꝛ hec a philosophis
ingenerabilis ponitur ꝛ incorruptibilis. alia est forma in
ter has media cū nō sit transitus de extremo ad extremum
maxime distans nisi p medium: ꝛ hec materiā informat.
sed nō est educta de eius potentia. econtra aūt non daī. s.
q̄ sit aliqua forma educta de potentia mate ie que ipsā nō
informet: vt in phia expertis pōt patere. ℣ro ꝓmittēdum
secundo q̄ intellectus multipliciter sumit. Aliquando enī
accipitur ꝑ anima intellectiua cuius ꝓpria operatio est in/
telligere cum discursu. Et aliquando ꝑ intellectu agente
aut possibili q̄ sunt naturales potentie consequentes essen
tiam aie intellectiue qbus ipsa redditur potens ad spēm i
telligibilem ꝛ intellectionem actue ꝛ passiue concurrere.
Aliquando vero sumit intellectus ꝑ intellectu in habitu
vel actu speculativo seu practico: p intellectū in actu intelli
gendo actum intelligendi quo intellectus actu intelligit: ꝛ
p intellectum in habitu habitum i intellectu causatū quo ē
in potentia ꝓpinqua ad intelligere p intellectum specula/
tiuum actum seu habitū intellectus cuius finis est veritas
p intellectum vero practicū illum cuius finis est opus.
Mis premissis sit hec prima conclasio. Anima intelle
ctiua est per creationem deo ꝓducta ꝛ materie infixa. ꝓba
tur sic anima intellectiua est forma materiā informans: ꝛ
non educta de eius potentia. ergo ē a deo creata ꝛ infusa
materie. p; ꝑña: q; ex hoc q̄ materiam est informans ha/
buit initiū ꝛ non p naturalem generationem cū nō fit edu
cta de potentia materie. ergo p creationē. creatio autem so
li deo attribuitur: quare p; ꝑña ꝛ assumptus probatur: q;
aliqua est forma informans materiā non educta de eius po
tentia: ꝛ talis non est intelligentia nou forma extensa: vt
p; ex primo premisso. ergo sequitur hoc solum de aia itel/
lectiua verificari. Secūda cōclusio. Intellectus in actu
vel habitu speculatiuus seu practicus est generabilis ꝛ cor
ruptibilis: ꝓbaī omnis actus vel habitus qui i anima ꝑ
ducitur post eius vnionem cū corpe est generabilis ꝛ cor
ruptibilis. sed intellectus i actu vel habitu speculatiu⁹ vel
practicus est huiusmodi cum aia intellectiua in sui primor
dio sit sicut tabula nuda in qua nihil scriptum ē per Ax.
ꝛ Querro tertio de anima. quare ꝛc̄. Tertia cōclusio.
Anima humana cū suis naturalibus potentijs est perpe/
tua ꝛ immortalis: ꝓbatur. Omnis forma substantialis q̄
ꝑ sui esse nō presupponit dispositiones materie ē immor
talis anima humana est huiusmodi. ergo ꝛc̄. p; ꝑña cum
maiori: q; forma substantialis nō corrūpitur: nisi ad corru
ptionem dispositionū ad sui esse requisitarū: ꝛ minor etiam
p;: q; ls aīa humana presupponat dispositiones corporis:
vt ipsum informet: nō tamen eas presupponit: vt hēat eē
ficut notū est de ea postq̄; fuerit a corpore sepata. Ad
rationes principales. Ad primam dicitur q̄ intellectus hu
manus est forma indiuisibilis ꝛ inextēsa: ꝛ per totū corp⁹
humanum infusa: ꝛ cōceditur cōclusio ibidem illata: nec
incōuenit idē alicui termino continue fixo propinqui⁹ fie
ri: ꝛ ab eodē cōtinue fieri remotius: p accīs tamen ꝛ ad
motum alios vt de aīa intellectiua argumentum ostēdit.
Et vlterius cū queritur vtrū aīa intellectiua successiue
aut simul per totū corpus humanum inducaī: dr̄ q̄ vtrū/
q; est defensabile: vnde pōt teneri ipsam successiue infun
di ꝛ prius vni pti q̄; alteri: ex quo non sequit ipsam in ta
li influxione localiter moueri. sed solū prius vnā partem
informare q̄; aliā: nec sequit etiam cōtinuū in infinitū di/
uisum eē. sed solum in infinitū factam fuisse discōtinuatio
nem ꝑm formam quāuis nō ꝑm materiam: pōt etiam te/
neri aīam intellectiuam simul toto humano corpori infun
di duobus distinctis corpibus cōceditur de potētia dei ab
soluta. sed nō de potentia ordinata: ꝛ tūc diceret dato q̄ fi
mul p duo distincta corpora sit īfusa q̄ illa duo individua
sunt duo boies in aīa communicātes: ꝛ q̄ distinctio nu/
meralis h; attendi penes distinctionē corporis totalis nō
exītis ps alterius quantitatiua. Et de mōstro Alberti
posset dici q̄ crāt duo boies distinctas habentes animas
cōtinuati ꝑm materiam: sicut contingit de virga cui⁹ me/
dietas est viridis ꝛ medietas est ficca. Similiter posset
deus duas animas vno corpori adeqte infundere: ex his
tamen nō resultaret nisi vnum cōpositū. De homine aūt
in cuius corpe est ꝑpūs dr̄ q̄ ꝑpūs ille quāuis operetur in
corpore illo nō tamē est forma ibi dās esse. Et ad aucto
ritatem medicor̄ diceret q̄ membra principalia prius ani
mantur nō essentialiter. sed apparēter ꝛ quātum ad opa/
tionis ꝓductionē. Ad ꝑm principale dr̄: q̄ sepatio ani
me a corpe est sibi violenta: ꝛ q̄ appetit ei vniri tāq; pri/
prio organo ꝛ pfectibili: ꝛ cū dr̄ q̄ h; perfectus eē dum ē
sepata q̄; dum est corpori vnita: forte hoc est verū de pria
vnione qua vnitur corpori impuro. sed nō est verum de
secunda vnione: cum tunc depurentur corpora: vt p; ex
dictis theologor̄. Ad tertium principale cōcedūt theo/
logi resurrectionem. sed naturaliter loquendo quāuis ne
gareī q̄ cōpositum p se seorsum exīs semel corruptum ꝑ
pria corruptione possit redire idem in numero: illud tam
cōcedereī de partiali cōposito i hūtibus formam indiuisi/
bilem: vt argumentū ostendit. Et cū vlterius quereba ē
quomodo ſm catholicos i resurrectione vnaquēq; anima

capit suum corpus: posito q̄ eadem materia diuersor̄ hominum fuerit successiue: dr̄ q̄ materia illa a deo multiplicatur. Et anima damnati ante secundam vnionem patit ab igne materiali mediante specie intelligibili in eo ab ipso igne producta. Ad quartum principale: forte non est inconueniens concedere hominem imperfectiori modo concurrere ad generationē sibi similis i specie q̄z bruti. Vnde ad hoc q̄ homo sit perfectior bruto: sufficit q̄ alias habeat opationes nobiliores q̄z sit aliqua operatio bruti: sicut est intelligere seu speculari. p̄t etiam dici q̄ hō generat mō pfectiori q̄z brutū: q̄ lz nō ꝓducat formā substantialē sicut brutum: ꝓducit tamen dispositiones facientes ad esse perfectionis forme in materia ꝛ que in finem nobiliorem ordinantur q̄z sit forma bruti: ꝛ p̄m hoc vlteri⁹ posset concedi aliud accūs: vt intelligere seu scire esse perfectius forma substantiali bruti. Ad quintū principale negatur conclusio illata: ꝛ admissis suppositionib⁹ ad argumentum respondetur negando consequentiam. ꝛ dicitur q̄ talis modus arguendi: lz teneat de qualitatibus materialibus: de qualitatibus tamen non extensis ꝛ in subiecto indiuisibili existentibus ille modus arguendi non tenet.

¶ Et sic est finis questionis de perpetuitate intellectus in qua difficultates multe theologie ꝛ philosophie subtiliter disputantur.

¶ Incipit expositio super librō de substantia orbis Joannis de Sandauo philosophi preclarissimi.

In hoc tractatu intēdimus perscrutari ō rebus ex quibus componitur corpus celeste. Declaratum ē enim corpus celeste cōponi ex naturis duabus sicut corpora generabilia ⁊ corruptibilia. Sed tamen ī istis fuit declaratus has duas naturas esse per generationem ⁊ corruptionem: ⁊ esse inuentas in eis: in celestibus autez propter motum localem.

¶ Liber iste qui intitulatur de substantia orbis diuiditur in ꝓhemiū ⁊ executionem que icipit ibi. Primū aūt. Circa ꝓhemiū sic procedit: qz primo premittit Auerro. quod declaratū ē ab Ar. ī suis libris de nā corporis celestis.

Secūdo ex illis elicit ea ex quib⁹ determinaturus ē in hoc libro ibi. In hoc tractatu. Circa primum. d. p. pedans intentionez suā generaliter premittit illud qđ ō claritatū ē ab Ar. de corpe celesti. Secūdo tangit rōnes quibus illud fuit declaratū ibi. Quia enī declaratū ē. Primo dicit ꝙ in hoc tractatu intendimus ingrere de rebus ex quibus cōponit natura celestis corpis: ⁊ qz supponit corpus celeste esse cōpositum: qđ declaratū ē Ar. alibi ex duabus naturis sic corpa gnābilia ⁊ corruptibilia. sz diuersis vijs ⁊ appētib⁹ fuit iuēta ⁊ determinata cōpositio generabiliū ⁊ corruptibiliū ⁊ ipsius corporis celestis. Mā determinatuz ē generabilia ⁊ corruptibilia habere duas naturas. s. materiā ⁊ formam in subtantia cē que dr generatio ⁊ corruptio. Corpora aūt celestia habere duas naturas. s. motorem ⁊ motū fuit declaratū p motum localem. Motandum ꝙ sicut appet ex primo physicor natura ꝓprie materie primo innotuit p transmutationē de forma in formā: ⁊ iō dicitur ibi ꝙ materia cognoscit in analogia ad formam. forma vero innotuit p opationem: vt dicit cōmentator. viij. metaphysice: ꝙ sicut transmutatio facit scire materiaz: ita operatio formam. cū igit apparcant sibi succedere inuicez diuersos actus: ⁊ omnis actus ē forma: sicut dicit Themistius in tertio de anima. impossibile ē transire de actu i actum nisi subeūte potentia ꝙ deferat actum illum. ergo necesse ē illa esse composita ex materia ⁊ forma: in qbus diuersi actus sibi inuicem succedunt.

¶ Quia enim declaratuz est hec corpora moueri ex se ⁊ in loco esse amplius ꝙ illud quod mouetur ex se componitur ex duabus naturis. s. recipiente ⁊ agente: cum declaratum sit omnem motum habere motorem.

¶ Tangit rōnes quibus dictū est celum cōponi ex duabus naturis: ⁊ primo tāgit rōnes. Secūdo cōcludit intentum: ibi. Cū hic inqz ita sit. Ad hoc auctor tangit prio duas rōnes. Secūda ibi Amplius aliquod. Primo dicit corpora celestia moueri ex se: omne aūt qđ mouet ex se cōpositū ē ex agente motū ⁊ recipiente: cuius declarationē subdit: qz omne motū hz motorē. Intelligendū est sicut apparet. vij. physicoruz: omne qđ mouet mouet ab alio.

Item circa principiū. octaui physicor ostēdit ꝙ omne qđ mouet ex se diuidit i p se mouens ⁊ p se motum: ⁊ sicut appet secūdo celi ⁊ mundi: celū mouetur ex se: ⁊ iō dicitur animatū: ex quo cōcludit ꝙ celum diuidit in p se mouens ⁊ p se motum ⁊ sic cōpositū est ex duabus.

¶ Amplius aliquid esse motum mouens eodem modo impossibile esse.

¶ Tangit secūdam rationem dicens ꝙ aliqd est esse movens ⁊ motū est impossibile. Notandū ꝙ mouens ꝑm ꝙ huius ēst ī actu. motum vero in potentia est aliquid aut cē in respectu eiusdem: ⁊ codē mō actu simul ⁊ potentia ē impossibile: qz actus ⁊ potentia sunt differentie valde oppositе: vt dicit cōmentator in ꝓhemio de aīa: ⁊ ideo cū celum moueatur ex se ⁊ supple motor ⁊ motū sūt diuersa: necesse est celū esse compositum ex diuersis naturis.

¶ Cum hoc inquam sit declaratum est celum cōponi ex duabus naturis.

¶ Concludit hic qđ dictum est ⁊ apparet in lra. Deinde cum dicit.

¶ In hoc ergo tractatu perscrutati sumus de his duabus naturis ex quibus corpus celeste componitur: vtrum sint similes illis naturis ex quibus generabilia componūtur: quarum altera dicitur forma altera materia. s. vtrum hec materia ⁊ forma que sunt hic sunt eedem cum illis: aut diuerse ꝑm magis ⁊ minus: sed si sunt diuerse specie: tunc equiuoce dicitur de eis corporeitas: aut ꝑm prius ⁊ posterius.

¶ Ex dictis elicit ea de quo determinaturus ē i hoc libro secundo: ꝙ aliqua de ꝓpositis sūt quasi manifesta ea abijcit a sua pscrutatione. Tertio cōcludit ea que spāliter sunt hic determinaada tāqz minus nota. secunda ibi. Qm̄ aūt he due. tertia ibi. Quecūqz autem pscrutādo. Primo dicit inferendo ex premissis ꝙ in hoc tractatu pscrutabimus de istis duabus naturis de quibus cōponitur corp⁹ celeste. vtrū sint similes. i. eiusdem generis cū illis duab⁹ naturis ex quibus cōponunt generabilia ⁊ corruptibilia que sunt materia ⁊ forma: ita ꝙ sūt eadē in genere ⁊ i spē omnimode hic ⁊ ibi: aut iste nature sūt diuerse i genere ⁊ i spē i celo: ⁊ i generabilibus ⁊ corruptibilib⁹ hoc simpliciter vel saltē differūt sine magis ⁊ min⁹. Mā multū refert qz si iste nature due. s. materia ⁊ forma sūt diuerse speciei i celo ⁊ in istis inferioribus corporeitas dr equiuoce de istis vel ꝑm prius ⁊ posteri⁹: qz corporeitas est quasi gen⁹ vel natura i qua cōueniūt iste due nature. Nota ꝑm ꝙ dr ī ꝓdicamētis: spēs coequeue sūt sub genere quantū ad hoc gen⁹ ⁊ rō generis ō ipsis equaliter ꝓdicat: ⁊ iō inquātū huius ē vniuocū ad suas spēs: mō corporeitas p pri⁹ dr ō celo qz ō istis inferioribus: qz corporeitas celi ē cā corporeitatis istoz inferioz: ⁊ cū aliqd dr de cā ⁊ causato p pri⁹ dr de cā qz de causato: vt pz prio posterio. ⁊ secūdo methaphysice. Si igit mā ⁊ forma celi ⁊ istoz inferioz fuerit diuersa i genere: certū ē ꝙ corporeitas dr de eis equoce: tm ꝑm naturā solū. Si aūt fuerint diuerse i spē: conuenit tm̄ i hac natura cōi tāqz i genere q̄ ē corporeitas: tūc ergo dicet de ipsis ꝑm prius ⁊ posteri⁹. Aut ergo iste due nature ex quibus cōponit celū ⁊ ista inferiora nō sūt eadē. s. eiusdē speciei: aut corporeitas ō eis dr equoce: vel saltē ꝑm pri⁹ ⁊ posteri⁹ cū nō pnt cē diuerse spēs sub eodē genera: ⁊ tota rō ē qz corporeitas p pri⁹ dr ō celo qz de istis inferioribus.

stolarum ad lucillum dicit p̄hia res tradit non solum ō di
uinis. sed etiā humanis q3 cogitat de preteritis: de futuris:
de caducis: de eternis: de tpe. ideo est pre ceteris appeten
da cum sit veritatis cogitatio ⁊ illius opatio fm rōnem sit
summe bonum in hac vita. dicēte p̄bo primo ethicoz qui
vult hoīs felicitatem in opatione consistere ipsius anime
fm virtutem eius optimam in vita pfecta. optima autem
virtus anime est intellectus cuius opatio est veritatis co
gnitio. huic consonat seneca decimoseptimo epistolarū ad
lucillum. Scio nemīnem bene posse viuere sine studio sa
pientie ⁊ alibi ad eundem sic ait. Cū omnia habueris cur
⁊ scientiam voles habere hec etiam erit vltimum vite in/
strumentum ⁊ subdit per huius ad omnem incursum sa/
piens inuictus est ⁊ interritus. non si paupertas. nō si lu
ctus. non si ignominia. non si dolo2: impetus faciat pedē
refert interitus. Equa illa ibit ⁊ interrita plenus est gau/
dio illaris ⁊ placidus cū dijs ex pari vixerit. Inquit ⁊ Et
vigesimo primo epistolarum ad eundem studia te nobilē
efficiunt in studio eger non est animus: iō p̄hia ē summe
appetenda. licet enim omnis scientia que sub triplici diffe
rentia p̄hie potest intelligi. est enim omnis scientia aut ac
tiua factiua aut theorica. vt nos docet sexto metaphysice in
ter ipsas tamen scientie theorice que non causantur a no/
bis in tempore nostro simpliciter l3 magis ab opere natu
re obtinent principatum tāq3 pficientes ⁊ nobilitantes in
tellectum nostrum. Ideo concluditur sexto metaphysice
theoricas scientias esse alijs optatiores. nam theorice finis
est veritas. practice opus: vt p3 secundo metaphy. ex quo
p3 p̄hiam esse homini necessariam ⁊ hoc est quod dicit cō/
mentato2 octauo phyficoz q̄ homo equiuoce dicitur de p
fecto p scientias speculatiuas ⁊ de alijs hominibus: inter
quas consistit physicas homini marime necessaria multi
plici ratione. Primo q̄ nihil opportunius ē homini q̄ se
ipsum cognoscere. qui enim se ignorat parum aut nihil ō
alijs scire potest. sed p physicam hō seipsum cognoscit. er
go ⁊c̄. minoz declaratur. est enim scientia de anima pars
scientie naturalis vt dicit commentato2 in libro ō anima.
plurima aūt consideratio scientie naturalis est de corpori/
bus vbi ait p̄bs tertio celi ⁊ similiter commentato2 ibidem
igitur minoz declaratur: nam physica dat pluribus scien/
tijs prima principia cognoscendi cum nostra cognitio in/
cipiat a sensu ⁊ hec traditur scientia sensatoru3 ⁊ sensuum
igitur constat dare alijs principia cognoscendi. Ita facit
acquirere confirmationem in primis principijs vbi ait cō/
mentato2 in ꝓhemio de anima. igitur p3 physicam esse
necessariam homini inter omnes alias. Naturalis aute 3
p̄bc plures sunt partes vt patet ex diuersa consideratione
entis mobilis quod est subiectum in ea cuius diuisio omit
tatur co q̄ in multis locis reperitur. Item ista ps phi
losophie naturalis ⁊ naturaliter magis desiderata sciri q̄
de nobilioribus ingrit. Artes enim non differunt adinui
cem nisi aut nobilitate subiecti aut confirmatione demon/
strationis vt patet per philosophum ⁊ commentato2em in
libro de anima in ꝓhemio. hec autem pars que traditur
in primo celi ⁊ secundo saltem quo ad eius maiorem par/
tem tractat de nobilissimis corporibus ⁊ entibus haben/
tibus vitam optimam per se sufficientem quam perficiūt
toto eterno a quo aliquid communicatum est esse ⁊ viuere
vt dicit philosophus primo celi. Est etiam pars marime
sciri desiderata non solum q̄ de nobilibus entibus. sed Et
quia modicum de eoru causis possumus percipere eo q̄
a nobis distant ⁊ ratio est quia magis diligimus paruas
sufficientias habere q3 maximas demonstrationes ⁊ effi
caces rōnes de rebus notis: vbi dicit philosophus secun
do celi ⁊ commentato2 in eodem loco ait q̄ melius est sci
re pauca de rebus nobilioribus q3 multa de rebus vi/
lioribus. Et licet philosophus de illis entibus nobilibus
videlicet corporibus celestibus ⁊ eorum motoribus princip̄a
liter in libro celi inquirat q3 alibi. in philosophia natura/
li tamen ob difficultatem eoru multa inserit in alijs li/
bris. vt in octauo physicoru secundo ō generatione pri
mo primo methauroū ⁊ in pluribus locis sue metaphy
sice precipue in duodecimo. Et ideo semper Aristoteles
de natura corporum celestium ⁊ eorum motoribus obscu
ra nec non ⁊ dubia dicere videtur. Et ideo Aristo. ⁊ cō/
mentato2 nec non singularis emulato2 quendam librum
qui de substantia orbis ab eo intitulatur composuit i quo
Auerrois de natura corporum celestium ⁊ similiter eo/
rum motoru3 ⁊ differentiam ⁊ conuenientiam eorum ad
generabilia ⁊ corruptibilia in substantia. ⁊ in actionibus
tam ex parte corporum q3 ex parte formarum subcincte ex
plicuit quedam expressa ab Aristo. ex diuersis locis adsi
mens: quedam ex verborum eius intentione sillogyzans
ideo multi hunc librum despiciunt ex eo q̄ in eius textu to
ta scientia introducitur vt si verborum Aristo. esset trans
latio nolens famam alienam insurpando sibi contribuere
quod erat alienis laboribus adinuentum quem si quidez
libellum q̄ de altissimis ⁊ nobilissimis scientiam Aristo.
nobis breuiter dilucidat duri pro viribus exponendum.
cuius intentionem si non cur alijs occasio attingendi iu/
xta illō secūdi metaphysice. s. q̄ hij qui superficialiter eā
ciauerunt aliquid conferent. nam habitum nostru3 pre ex
ercitati sunt. Et ex his patet qui sit huius libri finis ⁊ intē
tio. patet etiam causa efficiens ⁊ materialis formalis vt pa
tebit. patet etiam ordo huius libri ad libros naturales. an
nititur enim cum principalibus illius libri ō celo: ⁊ ideo
est in eius ordine locandus. Est autem liber celi secūdus
inter libros naturales. Et quia in exordio huius libri cō/
menta. supponit celum esse compositum. Cum dicit inten
dimus perscrutari de rebus ex quibus corpus celeste com
ponitur. Ideo dimissis communibus questionibus que
in principijs librorum fieri cōsueuere. s. vtrum de tali ma
teria possit esse scientia. ⁊ vtrum vna vel plures: ⁊ vtrum
scientia naturalis sit alia ⁊ alia ab his que parum aut nihil
conferunt. ideo primo.

Veritur an celum componatur ex materia
⁊ forma vt videtur hic supponere commen.
⁊ arguitur q̄ non: quia nullum perpetuum
componitur ex materia ⁊ forma. Sed celum
est huiusmodi. ergo ⁊c̄. maio2 declaratur a
philosopho. viij. metaphy. dicente q̄ quecunq3 sunt trās/
mutabilia fm substantiam non habent materiam. eternā
autem sunt transmutabilia fm substantiam: vt probat de

celo ⁊ p̄cipue de primo celo. igitur celum non habz materiam ⁊ per ꝓ̄ns non est compositum ex materia ⁊ forma minor pz prio celi. Confirmaf illud q̄ nō habet potē/tiam ad non esse non componitur ex materia ⁊ forma celum est huiusmodi. igitur ⁊c̄. pz q̄ materia ē illud cū quo res pōt cē ⁊ non esse. vij. metaphy. ⁊ i fine primi celi. potentia aūt est mediate ps contradictionis. s. ad esse ⁊ nō cē vt vult pb̄s. viij. metaphy. ⁊ in fine primi celi ⁊ mundi. igitur q̄ non habet potentiam ad non esse non habet materiam: nec etiam potentiam ad esse. minor declaratur primo celi ⁊ mundi. s. q̄ celum non habet potentiam ad non esse. Item q̄ mouetur motu perpetuo nō componitur ex materia ⁊ forma celum est huiusmodi. ergo ⁊c̄. maior declaratur nono metaphy. dicitur autem ibi q̄ non est timendum q̄ celum stet. ⁊ subdit rōnez huius. s. q̄ non est motus celi supra potentiam contradictionis. cā enim fatigationis est materia vt idem dicit pb̄s minor pz. viij. phy sicoꝝ q̄ celum mouetur motu ꝓpetuo. Item in omni composito ex materia ⁊ forma reperitur pluralitas individuorum sub eadem spē. Sed in celestibus non sūt plura individua sub vna spē: vt dicit commentator primo celi. igitur celum non componitur ex materia ⁊ forma. minor pz ex intentione cōmentatoris. viij. metaphy. Est ꝑ̄terea materia cā multitudinis individuoꝝ sub vna spē Ax. etiam in secūdo metaphy. ꝓbat ꝑ hoc q̄ celum est vnum q̄ non hz materiam igitur non cōponitur ex materia ⁊ forma. Oppositum huius videtur dicere ꝓmen. hic immo concludit ex intentione phi corpora celestia componi ex duabus naturis. sicut generabilia ⁊ corruptibilia. Item hoc etiā pōt argui rōne. Nam in omni eo quod mouetur necesse ē habere materiam: vt vult pb̄s. secundo metaphy. celū mouetur vt docet sensus. ergo celū hz materiam: ex quo seq̄f esse compositum. omne enim hās materiam est compositum vt pz. Ad questionem est intelligendū. quid intelligitur noīe celi. nam ꝑ celum possumus duo itelligere. s. aggregatum ex motore ⁊ mobili vel ipsum motum tantū siue mobile quod est quinta essentia. si nomine celi intelligitur aggregatum sic dico q̄ celū est compositum ⁊ sic intelligeret cōmentator hic. Et rō est q̄ omne quod mouef ex se cōponitur ex duobus naturis. s. agente motum ⁊ recipiente motū vt ꝓ̄ns. sumit in lra. celum mouetur ex se vt declaratur octauo phy. ⁊ ideo est primū motum q̄ celum sic est compositū ⁊ de hoc nō dubitatur apud aliquem sciētem pb̄am. Sed si celi nomine intelligif ipsa quinta essētia semoto motore: Tunc dubitatur vtrum sit compositus ex materia ⁊ forma ⁊ circa hoc contrariant opiniones aliquoꝝ philosophoꝝ suoꝝ sequaciū. Dicūt enim aliqui q̄ celum quod ē quinta essentia semoto motore componif ex materia ⁊ forma: ita q̄ ista quinta essentia hēat materiam que de se est i potentia ad esse de se est possibilis cē: cē necessarium acquirit ab alio. qđ solū de se habet esse necessarium. s. a primo principio ⁊ hec quia opinio Auicenne in sua metaphy. ⁊c̄. Aliqui vero priores philosophantes inter nos tenent hanc opinionem in radice. nituntur tñ tales fulcire alia via principijs Aristotilis magis propinqua ē ratio eorum prima est ista: omne quod est actu ens vel est actus vel habens actum. Celum est actu ens vt apparet ad sensum. aliter non ageret. igitur est actus vel habens actum. non potest dici q̄ sit actus: quia tunc esset forma actu existens ⁊ non esset sensu comprehensum. quod patet esse falsum. igitur oportet dicere q̄ corpus celeste est aliquid habens actum ⁊ tunc oportet ponere in eo aliquod subiectum siue actualitatis quod est materia. Confirmatur quia accidentia sensibilia non possunt cē sine eo quod habet materiam: cuius materia subiecta forma sit causa omnium accidentium primo physicorum. igitur cum in celo sint accidentia sensibilia patet ipsum habere materiaz. Et cum arguitur q̄ tunc celum haberet potentiam ad corrūpi. Respondeo q̄ illa materia celi non est privationi conjuncta: eo q̄ priuatio non est aliud q̄z carentia forme cum aptitudine ad eam ⁊ que nata est in esse materie. materie autem celi non est innata inesse alia forma q̄z ea quam habet: ⁊ ideo nulla admixta ē sibi priuatio. sed forma replet totam possibilitatem materie eo q̄ est forma naturalis ⁊ perfecta: quod probatur ex vniuersaluate agentium. non enim tamen agunt vnum effectum particularem vt faciant formē particulares. Sed vniuersaliter non sicut formē inferiorum ideo totam materie possibilitatem replet ita q̄ non remanet in materia aptitudo ad aliam formam. ⁊ hinc est etiam q̄ corpus celeste non est susceptiuum accidentium scilicet figure ⁊ aliorum sicut alia corpora inferiora. Et si aliquis diceret videtur q̄ Joannes grammaticus fit contra dictam opinionem scilicet q̄ tunc materia celestis differret a materia horum inferiorum per aliam compositionem scilicet per aliquid additum dicunt q̄ non differt per aliquid additum. sed solum per habitudinem ad aliaz formam scilicet quia materia celi habet habitudinem ad formam perfectam ⁊ vniuersalem: ⁊ materia horum inferiorum ad formas particulares. Huic autem sententie licet multi assentient: tamen videtur obuiari sententie philosophi in multis locis. intelligit autem hec opinio in celo eē materiam que de se vel ꝑm se considerata est in potētia ad esse ita q̄ actum essendi habet a forma: ⁊ quantum ad hoc non differt a materia illorum inferiorum. sed solus differt per diuersam habitudinem ad formam. Hanc autem materiam negat philosophus octauo metaphysice dicens q̄ in substantijs eternis naturalibus q̄ forsan non habent materiam. ⁊ si habent non talem vt generabilia ⁊ corruptibilia. Sed solum ꝑm locum mobilem. Ecce q̄ expresse negat in celo quod est substantia naturalis eterna materiam que est in potentia ad esse. Sed solum dat sibi potentiam ad vbi ⁊ idem, paulopost dicit hic. Nec oportet omnino materiam esse. sed quorum est generatio ⁊ corruptio ad inuicem. quecunq; autem sine transmutatione sunt non eorum materia ⁊ intelligit illa que sunt sine transmutatione in substantia. Et commentator idem q̄ dignius est q̄ celum dicatur habere subiectum q̄z materiam: cū propriae dicatur habere materiaz que est in potentia ad esse: nono metaphysi. Item philosophus nono metaphysice dicit q̄ nulla potentia ad esse est sempiterna. cuius rationem subiunxit. quia omnis potentia ad esse est contradictionis: et ideo illud quod habet potentiam ad esse: habet potentiaz ad non esse. igitur tale non potest esse sempiternum: vt pz primo celi. Ex quo ꝑm cum patet q̄ in celo non est materia que est in potentia ad esse. Item hoc arguit philosophus in eodem nono metaphysi. vt assumptum est: dicitur enim q̄ ideo celum semper mouetur quia motus eius non est super potentiam contradictionis idest super materia que est potentia ad esse ⁊ non esse. Et subdit ibidem q̄ materia ⁊ potentia est causa fatigationis ⁊ aperte ostendit ibi philosophus q̄ potentia simpliciter dicta que ē potentia ꝑm substantiam non est alicuius incorruptibilis nec q̄z in eo est aliqua potentia ꝑm genus. sed omnia ꝑm genus sunt actu in corpore scilicet omnes transmutationes. potentia autem est tantum ibi ꝑm partes vt ibi declarat cōmenta. Item secundo metaphysi. probat philosophus ex hoc intellectum esse vnum: quia non habet materiam que est causa multitudinis individuorum sub vna specie: ⁊ ideo omnes relationes prius inducte videtur concludere ꝑm intentionem philosophi in celo non esse materiaz que est in potentia ad esse: nec valet q̄ in subsidium opinionis auerse fuit abductum q̄ ista materia est alterius rationis per habitudinem ad aliam formam: quia hec habitudo non tollit quin materia de se sit potentia ad esse quod

negat philosophus in celo vt patuit. Item talis habitudo cum non sit nisi quidam appetitus quo inclinatur ad formam videtur esse in omni materia: etiam inferiorum. non enim materia appetit formam inquantum forma est imperfecta: vt non potens perficere totum appetitum naturre. Hoc enim est ex imperfectione forme. appetitus enim materie naturalis est: vt per formam perficiatur totus appetitus suus. si autem non perficiatur totus hoc non variat essentiam ipsius materie in forma a materia celesti. Si talis ibi esset cū hoc sit magis ex parte forme: vel oportebit in materia celi aliquam dispositionem dare ad susceptionem talis forme que non est in materia istorum inferiorum: et talis dispositio esset per aliam qualitatez vel aliud additum quod faceret compositionē i materia illa: vt Joannes grammaticus arguebat: ex quo sequeret q̄ materia prima esset composita: quod est falsum. vnitas etiam agentium non est sufficiens signum ad hoc quia hoc ē ex parte motoris separati principaliter. Item sicut commenta. arguit contra predictam positionem in primo celi. Si celum haberet materiam que est in potentia ad esse. sequeretur q̄ aliquid esset frustra in natura quod est inconveniens contra intentionem philosophi primo celi et mūdi: et in pluribus locis quia deus et natura nihil faciūt frustra. Consequentiam probat commentator primo celi. ait enim propria opatio potentie est generatio et corruptio vl' transmutari de forma in formam. Sicut propria operatio acuitatis gladij est scissio. Si igitur esset alia materia que de se esset in potentia ad esse sine generatione et corruptione contingeret q̄ aliquod ens sine actione per quā fuit potentia ipsius materie cuius actio propria est transmutari ō forma in formam. hoc sequitur si celum haberet materiaz vt de se notum. Ideo videtur dicendum ſm Ar. et cō mentatorem q̄ celum vt ipsa quinta est essentia circūscripto motore non componitur ex materia et forma. sed ē corpus simplex actu existens subiectum suo motori vel motoribus ita q̄ non est potentia ad esse: nec habet esse formaliter a motore: vel ab alia forma. sed solum est in ea potentia ad vbi ita q̄ cum sit subiectum simpliciter i actu sua forma idest suus motor coheret sibi absq; alio medio id ē nō precedentibus dimensionibus nec alijs dispositionibus. sed tam dimensiones q̄z alia accidentia communia secuntur formam naturaliter: que est motor hoc patebit in prosecutione libri cum apparuerit qualiter in generabilibus et corruptibilibus dimensiones interminate precedūt formam substantialem perficientem in materia. Et ad istam positionem sumuntur rationes prius dicte que de necessitate videntur concludere celum quod ē quinta essentia nō esse compositum ex materia et forma: et tunc restat rationibus contrarijs positioni sufficientibus respondere. Et primo cum arguitur q̄ est actu ens. Respondeo q̄ hec ratio procedit ab insufficienti diuisione. naz diuisio q̄ omne qō est ens actu vel est actus vel habens actum vel medium inter purum actum qui est forma et puram potentiam que est materia et hoc est corpus celeste: quia vt dicit commentator primo celi illud quod est ligamentaliter inter principia eterna separata et ipsa generabilia et corruptibilia necesse est vt sit intransmutabile ſm substantiam. transmutabile autem ſm locum: ita q̄ sit medium inter purum actum et puram potentiam vt ipso transmutato semper in loco manente aut ſm substantiam non cesset agere alias trā smutationes in inferioribus nisi tale ens esset motum: impossibile esset q̄ illa prouenirent et actio temporalis a principijs eternis naturaliter loquendo vt ibi commentator declarat: et ita totum communicat cum principijs eternis separatis in eo q̄ est simpliciter actu existens non habens i se potentiam ad esse: communicat autem cum generabilibus et corruptibilibus in eo quod est corpus subiectuz accidentibus et forme que est motor habens in se potentiam ad vbi cuius actualitate recipit a forma: et tunc est in natura media iter separata et generabilia et corruptibilia. ideo predicta ratio non concludit. Ad aliam rōnem cum dicitur accidens sensibile non potest esse in eo quod non habet materiam. Respondeo q̄ verum est de talibus que sunt sicut accidentia inferiorum: modo accidentia celi et inferiorum non sunt eiusdem speciei vt patet per commentatorē secundo celi vt etiam parebit. Nam accidentia celi nō dicuntur esse sensibilia nisi sensu visus. ideo dicitur primo de generatione capitulo primo de tactu q̄ tactus proprie dictus non dicitur nisi de rebus que patiuntur adinuicez: et ideo proprie non est in celo: et ideo celum dicitur tāgēs ſm similitudinem. non autem tangi et̄. Dico autem q̄ accidentia vt accidentia sunt non requirunt materiaz. ſz subiectum in actu. et ideo non est necesse q̄ vbicūq; sunt accidentia ibi sit materia et cum dicitur primo physicorum q̄ materia cum forma et̄. verum est que sunt in ea materialiter vt ibi dicitur. sed non sequitur ex hoc q̄ materia sit cā omnium accidentium. sed tantum habetur q̄ ista accidentia requirunt subiectum in actu in quo sint cum per se nō possunt esse cum non sint entia. sed entis septimo metaphysice: sunt autem accidentia in celo propter formā que est motor eo q̄ sunt propter operationem vt patebit. Et si obijcitur accidentia recipere est quodam pati: cum igitur corpus celeste sit simpler actu existens nisi habens propter quod patiatur: impossibile est ipsuz recipere accidentia nam pati contrarium est actui. Respondeo q̄ vt aliqualiter tactum est commentator loquitur in libro hoc q̄ corpꝰ celeste materia est animalium celestiuz. sed ē perfectius ceteris materijs: quia non est de potentijs nisi solum ad locum: nec aliter assimilatur materie nisi inquantum est subiectum forme: ita q̄ non habet esse a forma: nec sua forma constituitur in esse per ipsum. nihilominus habet omnia accidentia propter formam que est motor sicut figuraz specricam propter ipsum motorem qui est forma abstracta. et ideo est principium motus circularis qui est actiuus alia: vt pz in hoc libro et hinc est q̄ hoc subiectum non est i potentia ad alia accidentia: cum non sit passiuum in subtantia licet igitur sit simplex actu existens: quia est subiectum forme abstracte habet accidentia propter ipsam formā vt dictum est. sunt tamen accidentia alterius rationis. Sed circa istud est dubitatio non modica quā mouet commentator primo celi: et est ex quo illud corpus non est compositum. Utrum res intellecta ex isto corpore sit illud quod est sensatum ex eo vel aliud. Si dicatur q̄ res intellecta ex eo est illud quod nobis apparet ad sensum: si idē tunc res intellecta et sensata. est eadem quod est falsum. si sit aliud tunc necesse est celum esse compositum. tunc enim erit ibi singulare quod est obiectum sensus: et forma et quidditas que est obiectum intellectus et tunc esset compositū. Respondeo q̄ commentator solummodo dicit quod ista natura celestialis que est quinta essentia est materia corporis celestis actu existens prout corpus celeste comprehendit motorem et motum: et quia ista materia absq; motore non accepta non habet formam dictum est. ideo ista ſz se et absolute: et primo est vna numero per se indiuiduata et est vna numero et non est intellectiua nisi per respectū ad formam que est suus motor ita q̄ sicut ipsum corpus non apparet nisi inquantum est subiectum forme ita non intelligitur nisi respectu forme que est motor sicut ipsa materia prima non intelligitur nisi per analogiam ad formam primo physicorum. Et si instatur q̄ nō est simile de materia prima que est de se in potentia: et ideo non potest per se intelligi quia vnūquodq; intelligitur ſm q̄ est in actu. hec

autem natura corporis celestis potest esse in actu ſm se. ⁊ ideo videtur q ſm se possit intelligi. Dicitur sicut cōmentator Respondet ⁊ breuiter ⁊ obscure q licet corpus celeste sit actu ens de se: ita q actum non retinet ab alia forma. non tamen est existens per se. sed est subiectum in actu ipsius forme que est motor cum qua semper existat. ⁊ ita licet in natura celesti nō sit alia potentia ad esse nec sua actualitas essendi sit formaliter a motore nisi effective: est tamen semper cum motore ⁊ propter motorem: ⁊ sicut materia prima non potest intelligi nisi per formam eo q non potest existere sine forma: ita nec ⁊ ista natura celestis nisi respectu forme que est motor eo q sine ista non est nec potest esse: cum suum esse sit propter motorē. Debemus autem intelligere de isto corpore celesti quod est quinta essētia ipsum esse subiectum ipsius forme abstracte: ⁊ ita celū est intellectum in habitudine ad formam que est motor.

Ideo ſm istam positionem est responsum rationibus primis que probant celum esse compositum ex materia ⁊ forma Ad auctoritatem commentatoris iam patet quid sit dicendum quia intelligit celum esse compositum ſm q nomine celi comprehenditur motor ⁊ motum. Ad rationem que dicit omne quod mouetur ꝛc̄. Respondeo q verum est in omni generato cōposito ex materia ⁊ forma. sic etiam intelligitur ista propositio vt commentator ibi hoc declarat. Vel potest dici q in omni eo quod mouetur necesse est intelligere materiam que est in potentia ad vbi ⁊ talis materia est corpus. non autem q ibi sit materia que est in potentia ad esse. Tamen de ista questione est alia opinio modernorum que dicit celum habere materiam eiusdem rationis cū matera inferiorum: ex quo sequitur celum de se esse corruptibile. rationem autem essendi recipit ab alio: ⁊ hec opinio est eadem penitus cum opinione Auicenne quam Auerrois hic improbat: vt patebit infra sepius in libro celi: ⁊ in duodecimo metaphysice. ideo eius prosecutio dimittatur ad presens. ⁊ est expresse i probata a philosopho in fine celi vbi ostenditur multipliciter q omne corruptibile de necessitate corrūpetur.

Queritur secundo an celum moueatur ex se ⁊ p quem modū ⁊ arguitur q non. quia quod mouetur ab alio extrinseco non mouetur ex se. celum est huiusmodi. ergo ꝛc̄. Maior patet quia quod mouetur ex se mouetur a principio intrinseco. Minor patet quia celum mouetur ab intelligentia separata: vt patet octauo physicorum ⁊ primo celi ⁊ commētator dicit hoc. Item quod est simpler non est diuisibile in per se motum ⁊ mouens: nec mouetur ex se: celum est huiusmodi. ergo ꝛc̄. Maior est philosophi octauo physicorum q omne quod mouetur ex se est diuisibile in per se mouēs ⁊ per se motum. Minor habetur primo celi ⁊ commentator hic quia celū est simplex. Item nihil moueť ex se. igit nō celum. Maior patet septimo ⁊ octauo physicorum: q omne qō mouet mouet ab alio. cōsequentia est de se nota.

Item illud quod mouetur ex se potest ex se quiescere. celum mouetur ex se. igitur ꝛc̄. Maior patet octauo physicorum: ideo etiam alia dicūtur ex se moueri quia ex se possunt quiescere. celum autem non potest ex se quiescere. Minor patet secundo celi ⁊ nono metaphysice: quia non est timendum q celum stet aliquando. Opponitur dicit hic commentator ⁊ octauo physicorum. Ad questionem dicendum q aliquid moueri ex se potest dupliciter intelligi: vel ex se simpliciter vel per partes. dico igitur q celum nō mouetur ex se. Primo modo: sed secundo modo. Secundo dico q mouetur ex se per partes vt sufficienter patet declarando. Nam si celum mouetur ex se simpliciter: et primo modo sequitur q idem erit eiusdem simul essentia in actu ⁊ in potentia. hoc autem est falsum. igitur ꝛc̄. Maior patet quia si celum mouetur ex se primo illud esset mouens ⁊ motum penitus. ⁊ tunc cum mouens ſm q huiusmodi sit actu: ⁊ motum ſm q huiusmodi sit in potentia. idē respectu eiusdem esset in actu ⁊ i potentia. falsitas consequētis patet: quia actus ⁊ potentia sunt differentie maxime oppposite. ergo ꝛc̄. Item si celum sic mouetur idem corpus flecteret se supra se. sed hoc est falsum. ergo ꝛc̄. Antecedens patet ex quo idem mouetur se ipso flecteret se supra se: quia in se ageret. ⁊ antecedens patet in libro nili. Dicit commentator tertio de anima q virtus corporea nō flectit se supra se quanto magis corpus. Secundo dico q celum mouetur ex se per partem: quia quod est indiuisibile in per se mouens ⁊ per se motum mouetur per partem celum est huiusmodi. igitur ꝛc̄. Maior patet certo ⁊ octauo physicorum. Minor patet per commentatorem i. ic. celum enim complectitur motorem ⁊ mobile: Preterea illud mouetur ex se quod mouetur ab alio determinato loco ⁊ non distinguitur ab eo loco celum est tale. igitur ꝛc̄. Maior patet octauo physicorum quia illud mouetur ex se. Minor patet quia celum mouetur ab intelligentia que, p. prie non habet locum quia non est quanta nec corpus.

Tertio dico q celum mouetur ex se sufficientissime: ⁊ primo illud mouetur ex se sufficientissime cui⁹ motor ab alio non dependet. sed per se subsistit ⁊ cuius mobile non appodiatur alteri. celum est huiusmodi. igitur ꝛc̄. Maior patet quia animal non mouetur ex se sufficientissime quia nō est per se subsistens. sed eius anima dependet ad corpus. vbi dicit commētator tertio de anima. Corpus igitur animalium in suo motu appodiatur alteri: vt patet loco ō cū motus animalium. corpus autem celeste in suo motu non appodiatur alteri quia est ipsum primum corpus ⁊ primū mobile: vt patet ex octauo physicorum quare celum mouetur ex se sufficientissime per partem hoc est per motorem immobilem. ⁊ tunc pateat ad questionem. primo q celum non mouetur ex se simpliciter. secundo q mouetur per partem. tertio q mouetur ex se sufficientissime. Et ad rationes ⁊ ad maiorem cum dicitur quod mouetur ab alio extrinseco. concedo si illud extrinsecum habeat locum determinatum. aliter non est verum. Ad minorem etiam cū dicitur celum ꝛc̄. concedo. sed tamen ista igitur intelligentia a qua mouetur celum non esse distincta loco nec subiecto a celo. Vel aliter maior conceditur si illud extrinsecum non est appropriatum. modo intelligentia est appropriata suo orbi: ita q alium orbem mouere non potest: vt patet secundo celi. Ad aliud etiam dicitur q ē simplex ꝛc̄. conceditur: ad minorem etiam dicitur celum ꝛc̄. negatur quia nomine celi comprehenditur motor ⁊ mobile: vt patet per commentatorem hic ex quo ipsum probat esse compositum ex duabus naturis. sed corpus celeste ideſt quinta essentia separato motore est simplex ⁊ non mouetur ex se. Ad aliud etiam cum dicitur nihil mouetur ex se concedit simpliciter ⁊ primo quin tamen ſm partem ratio nō concludit. Ad aliud etiam dicitur q mouetur ꝛc̄. Conceditur q mouetur motu voluntario ⁊ aptum natum est quiescere: ⁊ quia celum est primum mobile: ⁊ eius motus est primus ideo non est dare terminum in quo non fuerit: vt probatur octauo physicorum: ⁊ ideo non potest quiescere ꝛc̄.

Veritur etiam quia Commentator dicit q̄ materia prima est ens. Vtrum materia prima sit ens. Et arguitur q̄ non. quia omne quod est medium inter contradictoria non est ens. materia prima est huiusmodi. ergo ꝛc. maior patet: quia inter contradictoria non est dari medium. Min̄or patet primo priorum. Itē si materia esset ens: aut naturale: aut mathematbicum: aut medium. sed nullum istorum. igitur ꝛc̄ maior patet per partes reales philosophie quia non sunt plures: sexto methaphysice ꝛ consequenter entia realia nō sunt plura. minor probatur p̄o prima parte. nam omnia naturalia hābent aliquem modū motus. sed materia nullum. igitur nec est ens mathematicum. quia ista abstrahūt a motu ꝛ a materia. sed materia non abstrahit a materia: aliter abstraheret a se ipsa. ergo non est ens mathemathicum. Item quod non differt a priuatione non est ens. materia est huiusmodi. igitur. maior patet. quia priuatio non est ens. minor patet quia differentia materie est potētia. sed potentia est sibi per priuationem: ꝛ propter quod vnumquodque tale ꝛ illud magis. ergo ꝛc. quia si potentia est differentia substantialis materie multo magis priuatio. Item quod est terminus corruptionis simpliciter est non ens. materia est huiusmodi. ergo ꝛc. maior patet quia generatio simpliciter terminatur ad ens simpliciter: vt patet primo de generatione. quare corruptio similiter terminatur ad non ens simpliciter. nam motuum oppositorum termini sunt oppositi. minor patet ex primo de generatione. quia terminus generationis simpliciter est forma substantialis que facit esse actu actu. terminus vero corruptionis simpliciter est priuatio forme que nihil aliud est q̄z materia prima. Oppositum huius dicit commentator hic. Ad questionem tangentur opiniones. Opinio fuit quorundam antiquorum q̄ materia prima non sit ens. quia sicut priuatio non est ens: ita ꝛ materia: vt patet primo physicorum: Sed hec opinio non valet. quia materia ꝛ priuatio differunt. nam ista sunt distincta quorū vnū manet: aliud non. sed materia semper manet: priuatio autem non ꝛc. maior patet ex primo de generatione. minor patet quia etiam per transmutationem forma introducit in materia. priuatio illius forme corrumpitur: sed materia manet. ideo non sunt eadem. nec valet si priuatio dicat q̄ priuatio non corrumpitur absolute. quare sufficit ad materie differentiam ꝛ q̄ priuatio non manet eadem non sicut materia. Item illa non sunt eadem quorum vnum est in predicamento substantie aliud non. sed materia prima est in predicamento substantie ꝛ priuatio non. ergo ꝛc. maior patet primo priorum. quia predicamenta sunt impermixta. minor patet quia priuatio non est in predicamēto substantie sed circuit omnia predicamenta. igitur hec opinio relinquitur. Alia fuit opinio quorundam antiquorū q̄ materia prima est actu ens sicut corpus ignis vel aeris: vt patet primo physicorum. Sed hec opinio non tenet. quia si esset vera cum in vtroq; termino transmutationis subiectum maneat. s. materia quicquid adueniret illi subiecto esset accidens quia adueniret enti in actu vt arguit commentator primo physicorum. Arguit commentator contra Auicennam. ꝛ hec opinio ideo non stat: immo sequeretur q̄ entia essent eadem substantialiter: immo non esset nisi illud subiectum in actu ideo omnia non differrent nisi accidentaliter. sed hoc est falsum: ideo materia prima non est ens in actu. Ideo est opinio philosophi ꝛ commentatoris q̄ materia prima est ens in potentia vt patet primo physicorum. ꝛ potest quadrupliciter declarari. Primo quia quod recipit omnes formas naturales nullam habet de se non est ens in actu. materia prima est huiusmodi. igitur ꝛc. maior patet quia habet esse denudatum: vt patet primo physicorum ꝛ tertio de anima ꝛmen. minor patet primo physicorum. ꝛ tertio celi ꝛ hic per commentatorem

Item si materia esset ens in actu simpliciter sequeretur q̄ omne aduenies materie prime esset accidens: vt supra arguebatur. consequēs falsū. ergo ꝛ antecedens. cōsequentia nota ex quo materia prima esset actus vel ens in actu i omni transmutatione cum subiectum maneat primo physicorum: omne aduenies illi esset accidens quia aduenit enti in actu. falsitas consequentis patet. quia tunc nulla esset transmutatio substantialis: sed omnis motus ad formam esset alteratio vt arguit commentator primo physicorum ꝛ primo ꝛ secundo de generatione. Item si esset ens actu simpliciter: nullam formam reciperet quia recipere est per carentiam. Item si materia esset de se ens actu: tunc haberet de se formam ꝛ tunc ista forma nunquā corrumperetur quia non haberet contrarium vt dicit commentator infra. ꝛ ex hoc sequeretur q̄ nihil generaret nec corrumperetur: quod est falsum. igitur materia prima nō est ens in potentia ꝛ non ens in actu ꝛ hoc est quod dicitur primo physicorum. Per hoc ad rationes respondetur primo quando dicitur q̄ est medium. concedo. Ad minorem dico q̄ non est verum: sed est medium inter non ens simpliciter ꝛ ens in actu quia est ens in potētia vt dicit cōmentator primo physicorum vbi ponitur hec ratio. Ad secundum: si esset ens aut naturale ꝛc. concedo maiorem: ꝛ ad minorem dico q̄ est naturale secundum q̄ materia ē principium transmutationis. sed motus qui est proprius naturalium corporum vt dicit commentator tertio physicorum est ens naturale. quia ista materia prima cum sit alio modo ens naturale: etiam si alio modo principium transmutationis: est etiam ens methaphysicum quia est ens in potentia. ꝛ dicit tantum vnam differentiam entis quia meth. physicus considerat ens ꝛ differentias entis. Et ad p̄bationem materia prima non est ens naturale dicitur q̄ cū in plus q̄z sit ens naturale quia habet aliquem modū quia non solum tale ens debet dici naturale quod est compositum ex materia ꝛ forma: sed illud quod est principium et materia eius quando proponitur quod non est mathematicum ideo q̄ non est abstractum. Respondetur q̄ materia dicit ibi quandam differentiam entis que considerat a methaphysico non vt est principium transmutatiōis ꝛ tgc abstrahitur a motu ꝛ qualitatibus sensibilibus. ꝛ tūc consideratur a methaphysico. Ad tertium q̄ nō differt ꝛc. dicitur q̄ verum est q̄ non differt re ꝛ ratione. Ad minorem cum dicitur: materia est huiusmodi. Respondetur q̄ licet materia prima sit ideo subiecto cum priuatione tamen differt ab ea ratione sicut etiam differt a potētia vbi commentator de hoc loquitur. ꝛ tunc patet q̄ materia prima est ens in potentia ꝛ non corpus ignis nec aeris nec aliquid aliud in actu. vnde dicit commentator primo physicorum q̄ nullus antiquorum ponit naturam materie prime nisi solum endelechiam quod est ens in potentia. Idē etiam dicit tertio celi ꝛ primo de generatione. Ad quartum q̄ ens est ꝛc. dicitur q̄ verum est q̄ non est ens in actu. sed non est verum q̄ non sit ens in potentia: quod est parum nihil: quia sicut ex nihilo non fit aliquid: ita aliqd non corrumpitur in nihil. Ad minorem cum dicitur: q̄ materia ꝛcetera. Respondetur q̄ verum est: ꝛ materia prima est non ens in actu sed in potentia solum.

Sequitur alia questio.

Veritur quia dicit Commentator q̄ potentia est differentia substantialis materie.
An potentia materie sit de eius essentia.
Et arguitur q̄ sic. quia illud quod est ō esse

est de esse alicuius qō ē differētia ēius substalis. potētia ma
terie est hꝫi. ergo ꝛc. maior patet. quia differentia substalis
est de eius essentia cuius ē substantialis. minor pz p ꝓm. hꝫ

Item sicut actus se habet ad primam formam: sic poten
tia ad primam materiam. sed actus est de essentia ꝓme for
me. ergo ꝛc. maior tenet quia idem est iudicium de poten
tia respectu materie ꝛ de actu respectu forme ꝓme. minor
patet: quia actus primus est de essentia primi principij. nā
quicquid est in deo est actus purus ꝛ per se deus: comen
tator duodecimo metha. Item potentia materie est sub
stantia que est forma vel que est compositum vel materia
vel accidens. sed nec primum nec secundum nec quartum
igitur ꝛc. maior patet per sufficientem diuisionem. minor
patet primo. qꝫ non est accidens quia accidens est alicu
ius positi in actu. sed materia non est talis. ergo ꝛc. nec est
forma quia tunc non esset potentia: sed actus nec substan
tia composita. ergo ꝛc. Item actus ꝛ potentia sunt i eo
dem genere. sed actus est in genere substantie. ergo ꝛ po
tentia. Oppositum videtur sentire cōmentator hic ꝛ ꝓmo
phyſicoꝝ. In ista questione primo tangentur opiniōes
aliquorum. secundo opiniones philosophi ꝛ commentato
ris. tertio monentur difficultates circa questionem. Fuit
opinio aliquorum qꝫ potentia passiua esset de genere ma
terie ita qꝫ potentia nihil reale diceret: sed rationis tantuꝫ
quia dicunt qꝫ relatio nihil addit sed tantum relationeꝫ ra
tionis supra fundamentum. sed potentia materie ē relatio
ergo ꝛc. Sed hec opinio non tenet quia cum dico qꝫ re
latio nihil addit ꝛc. illud est falsum. quia relatio est vnum
p̄dicamentum. sed predicamenta sunt realia extra animaꝫ
vt patet sexto methaphisice. ꝛ sic potentia addit aliquid re
ale supra materiam. Item quando aliqua sic se habent
qꝫ ad vnum est motus per se ꝛ ad aliud est motus per ac
cidens: illa differunt ad inuicem. sed relatio ꝛ fundamen
tum sic se habent. ergo ꝛc. maior est nota ꝛ minor patet qa
ad relationis fundamentum est motus per se. s. ad quanta
tem quantitatem ꝛc. Ideo dicitur ad questionem qꝫ p po
tentiam possumus duo intelligere vel respectum ad for
mam vt sepe loquitur philosophus septimo methaphyſi
ce ꝛ primo phyſicorum dicens qꝫ materia est ens in poten
tia. Alio modo per potentiam possumus intelligere subie
ctum potens. ꝛ tunc commentator loquitur secundo de ani
ma dicens qꝫ materia est potentia. Per hoc igitur respon
detur ad questionem qꝫ potentia primo modo non est de
esse materie. ꝓbatur. quia illud non est de potentia mate
rie quod est respectus. potentia primo modo dicta est hu
iusmodi. ergo ꝛc. maior patet quia materia est in predica
mento substantie: ꝛ respectus in predicamento relationis
minor patet ex primo phyſicorum: vt iam fuit assumptum

Item illa non sunt essentialiter eadem quorum vnū cor
rumpitur altero remanente. sed potentia ꝛ materia sūt hu
iusmodi. ergo ꝛc. maior patet. quia eternum ꝛ corruptibi
le non sunt essentialiter idem. minor patet. qa materia ma
net in tota transmutatione. respectus autem corrumpitur
in aduentu forme: primo phyſicoꝝ. ideo ꝛc. Item illa
non sunt eadem quorum vnum intelligitur: aliud non. sz
potentia ꝛ materia sic se habent. ergo ꝛc. maior est nō. mi
nor patet. quia substantia materie manet eadem sub omni
bus formis. sed potentia ad formam non manet: vt patet
secundo phyſicoꝝ. quia potentia sani ꝛ egri est alia ꝛ alia.
Si autem potentia capitur secundo modo sic dico qꝫ potē
tia est de esse materie vt patet. Sed circa hoc. an poten
tia materie que est respectus sit aliquid reale vel tantuꝫ ra
tionis. Respondetur qꝫ cum predicamenta sint entia re
alia: ideo dico qꝫ dicit aliquid reale separatum ab intellectu
nam dato qꝫ intellectus caularet respectum ad formam ad
huc respectus est vere relatio. sed relatio est accidens. er
go potentia materie est accidens. Intelligendum tamē
sicut est de quolibet accidēte alio: ita est de relatiōe. sed ita
est de aliis accidentibus qꝫ quedam sunt perfecta quedam
imperfecta: sic similiter est de relationibus. quia quedā sūt
complete: quedam non. modo dico qꝫ iste respectus vel po
tentia materie est accidens imperfectum quia suum funda
mentum est materia prima que est ens solum in potentia
de se: licet ois forma accidentalis requirat suū subiectū in
actu ideo etiam in ista potentia est in ente in actu. quia in
composito: Tamen quia est accidens incompletum ideo
est in composito ratione materie quod est subiectum de
bile sim se ꝛ nunquam est in ratione forme. per hoc ad ra
tiones respondetur. Illud est de essentia alicuius quod
est differentia eius substantialis. concedo. ꝛ minor negat
ꝛ cum probatur qꝫ hoc commentator dicit hic. Respon
detur qꝫ ipse se exponit postea ostendendo differentiam in
ter potentiam ꝛ materiam. nam intelligit qꝫ potentia est ō
esse materie quia est accidens proprium eius per cuꝫ co
cidens proprium eius per eius cognitionem manuducī
mur in cognitum esse materie prime. ꝛ talia accidentia se
pe sumuntur pro differentijs essentialibus maxime in dif
finitionibus quorum differentias essentiales ignoramus.
vt commentator dicit septimo methaphyſice. Ad secun
dum. sicut se habet ꝛc. respondetur qꝫ non oportet quia pri
ma forma est separata omnino ꝛ simplicissima. ideo quic
quid est in ipsa est actus purus. nam quicquid est in deo
est deus: vt dicit commentator duodecimo methaphyſice.
non autem quicquid est in materia: est materia vel potē
tia ꝛ sic non est similitudo. Ad tertium. potentia mate
rie ꝛc. concedo maiorem: ad minoremꝫ etiam de cū dīquod
non est accidens. negetur. ꝛ ad probationem. quia accidēs
ꝛc. patet ex dictis quia est ens incompletum. ꝛ ideo hꝫ
fit semper in subiecto in actu. s. in composito: est tamen ra
tione materie. Ad quartum. actus ꝛ potentia dico qꝫ ve
rum est intelligendo per potentiam subiectum. sed non ē
verum si capitur ꝓ respectu. modo potentia de qua loqui
mur hic est respectus ad formam. ideo ratio non cōcludit

Via Commentator dicit qꝫ difficile est cognos
cere materiam primam. ideo queritur. Utrum
materia possit intelligi essentialiter intellectu. Et
arguitur qꝫ sic. nam habens essentiam aliam a
forma ꝛ a quolibet alio: illud proprie potest intelligi essen
tialiter. sed materia prima est huiusmodi. ergo ꝛc. maior
patet. quia quicquid est de essentia rei potest esse obiectum
intellectus. minor patet. quia aliud est esse materie ab esse
forme ꝛ vniuscuiusque alterius. Item illud quod intel
ligitur circunscripto quocunque alio: illud potest proprie
intelligi ab intellectu essentialiter. materia est huiusmodi. er
go ꝛc. maior est nota ꝛ minor declaratur. Nam vt dicitur
octauo ꝛ nono methaphyſice licet forme naturales nō sint
separate secundum esse: bene tamen secundum intellectuꝫ
ꝛ eodem modo est materia prima separata a formis.

Item quod est per se sensibile: est per se intelligibile.
materia est huiusmodi. ergo ꝛ cetera. maior patet primo
perhierminias. nam voces sunt earum que sunt in anima
passionum note. minor patet. nam sensatio materie nō est
sensatio compositi nec forme Oppositum dicit hic com
mentator ꝛ philosophus scilicet qꝫ est difficile intelligere ma
teriam. Pro questione est intelligendum qꝫ esse per se
intelligibile potest capi dupliciter. Uno modo proprie
intelligibile quod non per aliud intelligitur. Alio mo
do proprie intelligibile quod intelligitur distincte a quoli
bet alio intelligibili: tunc dico qꝫ materia prima non ē per
se intelligibilis primo modo intellectu essentiali: immo est
intelligibile per aliud: quod probatur. quod non est ens ac
tu per se non potest per se intelligi sine alio. materia ē hꝫi.
ergo ꝛc. maior ē nota. s. qꝫ materia prima non est intelligi
lis. qa qō p se ꝓmo intelligitur ē in actu. nono methaꝑ.

per commentatorem primo physicorum. potentia est de se non intelligibilis immediate. minor est nota. nam materia est tantum ens in potentia: vt patet primo physicorum.

Item quod non habet intellectum nisi per respectū ad formam nō est p se & primo intelligibile. materia est huiusmodi. ergo &c. maior est nota. quia quod intelligitur in analogia ad aliud non potest sine illo intelligi. minor patet qa materia prima intelligitur per successionem formarum in ea & non per solam potentiam. quia vt dictum fuit omne qō intelligitur sm q est in actu. materia autem non est quantitas nec qualitas nec aliquid aliorum predicamentorum septimo methaphisice: sed est est ens in potentia ad formas & intelligitur per aliud. Si autem questio intelligitur secundo modo: dico q sic. quia alius est intellectus materie ab intellectu forme. Item quod habet eē aliud ab esse forme & compositi habet intellectum aliumab illo materia est huiusmodi. ergo &cetera. maior est nota & minor etiam. quia licet materia non intelligatur nisi per analogiaz ad formā tamen quia aliud est esse materie ab esse forme: ideo alius est intellectus materie ab intellectu forme: licet intellectus non veniat in cognitionem materie nisi per formam. tamen Auicenna in tractatu sue sufficientie reprehendit Ar qui primo physicorum dicit hic locutus est rationibus methaphoricis: cum dicit q sicut femina appetit virum & turpe pulchrum: sic locutus est in tertio de anima q hic modus loquendi est in talibus que non possunt bene intelligi per se sed per aliud. & ideo per alia sensibilia similia manu ducimur in cognitionem rerum. & in his que possunt per se intelligi philosophus non debet vti verbis methaphoricis.

Ad rationes cum dicitur: qō habet essentiam &c. concedo q illud potest per se secundo modo. quia intellectus eius est alius ab intellectu forme: non tamen oportet q propter hoc primo & per se intelligatur: quia actus primo intelligitur & non potentia: sed potentia intelligitur per actum: sic concedo materiam posse per se intelligi. Ad secundum quod potest per se intelligi. dico q verum est s. primo modo & per se intelligatur sine alio & tunc. minor est falsa. qa licet intellectus materie prime sit distinctus a quolibz alio: non tamen ipsa primo intelligitur per se ita q sine alio per se intelligatur: vel maior potest simpliciter concedi q illud quod est tale potest per se intelligi secundo modo: & tūc ratio concludit que ponitur in solutione questionis. Ad tertium cum dicitur: quod est per se sensibile dico q verum ē quod est per se intelligibile: non tamen sequitur q primo & sine alio sit per se sensibile: quare ratio non concludit: et sic ad questionem &c.

Queritur Utrum dimensiones precedāt formā substantialem in materia. Et arguitur q non. quia illa que sibi accidunt non precedūt formas substantiales in materia. dimensiones sunt huiusmodi. igitur &c. maior patet: quia accidentia aduenium ens in actu. ens autem in actu est per formam substantialem vel est ipsa forma: quia accidentia non precedūt formā in materia. minor patet quia dimensiones sunt de genere quantitatis. Item si dimensiones precedunt formā substantialem in materia sequitur q forma non aduenirent immediate materie sed mediantibus dimensionibus. consequens est falsum. igitur & antecedens. consequentia nota: ex quo forma substantialis non aduenirent nisi post dimensiones: videtur q non posset forma perficere nisi mediantibus dimensionibus. falsitas consequentis patet per philosophum primo physicorum. quia forme immediate aduenient materie prime. Item illa que sunt a forma substantiali non precedunt formam sed magis sequūtur. dimensiones sunt huiusmodi. ergo &c. maior nota. effectus eni nō precedunt causam. minor patet ex primo physicorum. nam materia cum forma sunt causa omniū accidentium que sunt vt patet ibidem. Item dicitur septimo methaphisice q substantia por est accidente diffinitione cognitione & dignitate. & sic commentator in principio eiusdem dicit q individua substantie precedunt individua accidentium'. individua autem substantie actu sunt per formam substantialem in materia: quare dimensiones cum sint accidentia non precedunt formam substantialem in materia. Oppositum sentit hic commentator & in secundo celi. Ad questionē intelligendum q si quis querit de forma in communi & absolute. s. vtrum dimensiones precedant formam simpliciter & absolute: dico q non. quia forme simpliciter & absolute dicte sunt eterne: & ideo nec materia nec dimensiones precedunt formam: sic etiam forma via perfectionis precedit omnes dimensiones terminatas. s. & interminatas & etiaz materiam primam. igitur dimensiones non precedūt formam simpliciter & absolute sumptam tempore nec natura

Opinio Auicenne fuit q celũ sit animatũ aia pficiente ipsum ꝓpter rõnes iam tactas: qz non videbatur sibi q intelligentia abstracta in esse posset reuolutiones particulares mouere: qz cũ intellectus abstractus sit vniuersalium. particulares vero reuolutiones non pñt concipere nisi efficiatur hic vel iste p aliquid ꝓprium ⁊ particulare: ⁊ hoc non ẽ intelligentia abstracta que non hz nisi esse quidditatis prime. ipsa aũt intelligentia non mouet nisi fm q intelligit: quare abstracta intelligentia non põt mouere nisi solũ vt finis. ⁊ ideo dixit celum habere animam pficientem ipsũ. Sed hec opinio est manifeste contra intentionem philosophi ⁊ veritatem quia si esset animatum ita vt dictum ẽ tũc haberet materiam que est in potentia ad esse: ⁊ p ꝯs ad non esse: quia ipsum de se esset corruptibile. ex quo sequeretur fm intentionem philosophi primo celi q non posset aliunde ppetuari quod est manifeste falsum. expresse etiaz dicit philosophus octauo phy. celum non habere materiã que sit in potentia ad esse. Item si celum haberet talez animam pficiente tunc illa anima esset organica ⁊ si celum haberet organa haberet sensum subiectum ⁊ motum: qõ ẽ impossibile. ꝯia de se pz: quia omnis anima immersa materie est organica. falsitas consequentis pz. qz tunc celũ haberet ptes diuersarũ rationum ⁊ p consequẽs nõ esset simplex. adhuc aũt haberet imaginationem ⁊ sensum qz oĩs anima materialis est sensitiua vel vegetatiua vt pz secundo de anima. adhuc aũt talis aia moueretur p accidens. s. ad motũ sui subiecti cuius oppositũ ꝓbatur octauo phyfi. ⁊ secũdo celi a cõmentatore ⁊ in hoc libro ideo hec opinio non tenet. Ideo dicat opinio philosophi ⁊ commẽtatoris est ⁊ q celum est animatum anima separata que non constituitur in esse p subiectum nec dat esse subiecto. quod patet quia illud qõ mouetur motu circulari sine fatigatione est animatũ. anima separata celum est huiusmodi. igit ⁊c. Maior pz quia motus circularis est proprius anime fm q anima: ⁊ ideo nõ contingit animabus inferioribus quia eorũ anime constituuntur in esse p subiectum: nec dat esse subiecto qõ pz: vt dicit cõmentator hic ⁊ etiam sine fatigatione vt pz fm eum. celum est huiusmodi. igit ⁊c. Maior pz quia motus circularis est ꝓprium anime fm cuz. Minor pz ad sensum. Item quod mouet motu voluntario est animatum. celum est huiusmodi. ergo maior ⁊ minor sunt manifeste quia q animata est separata non dans ẽ subiecto. pz quia illud q facit motũ perpetuum non est corpus nec virtus in corpore. sed anima celi est huiusmodi. ergo. maior pz quia motor celi facit motũ ꝑpetuum ⁊ vniformẽ vt pz octauo phy. ⁊ secundo celi. Intelligendũ tamẽ q motor qui vis celi qui mouet efficienter non est cã sufficiens ꝑpetuitatis motus vt patebit infra. sed magis primus motor qui mouet. vt finis. Ad hoc etiam faciunt rationes Auicenne. Ad primum dicitur cuz arguitur q hz motum ⁊c. dico q non oz q si hz motum ab anima q ꝓpter hoc sit animatũ anima que sibi det esse q alia cõiuncta sunt fm esse: vt anima corpori: aliqua tamen fm operationes vt dicitur secundo celi de motione eius. vnde verum est q anima celi perficit celum eo q dat sibi motum ꝓprium qui est perfectio eius. sed nos loquimur hic de perfectione que est esse non de tali. Ad aliam cum dicitur q moueatur ⁊c. verum est per se ⁊ primo ad minorem cum dicitur celum est huiusmodi. dico q verum est q celum moueatur ad diuersa loca particularia. sed motor eius per se ⁊ primo intendit sue perfectionis conseruationem per motum perpetuum ⁊ ita per se intendit motum ꝑpetuum. si

sistent adhuc sequuntur diuerse circulationes pticulares ptium celi hoc ē p accidens ⁊ ex cōsequenti: ⁊ iō nō cōclu dit necessario q3 intelligentia abstracta p se intēdit ppetui tatē motus. sed q3 ppetuitas nō pōt fieri nisi p reuolutio nes pticulares ⁊ diuersas motiones ptiū celi. ⁊ hoc pp ma teriā corpoream mobilis. iō ex cōsequenti mouet ad loca pti cularia. vel posset dici q3 sicut intellectus q est virtus abstra cta p se. ⁊ primo intelligit vniuersale ⁊ p se ⁊ primo: ⁊ p li neam reflexā singulare. sic in ꝓposito intelligentia abstra cta p se. primo intelligit motū ppetuū ⁊ vniformē. p lineā aūt reflexam pticulares reuolutiones. Ad aliam cū dicit q3 intelligit ⁊ appetit ⁊c. dico q3 ꝓpter hoc nō o3 q3 habeat aliam dantem sibi eē. sed solū aliam dantē sibi intelligere: ita q3 est appropriata ad dandū sibi desiderium: intellectus ⁊ motū. iō non tenet. Ad aliā cū dr q3 ē cā ⁊c. dico q3 nō est verum nisi in cā vniuoca cum suo effectu. Ad minorē cū dicitur celū est huiusmodi. dico q3 verum est q3 cā istoꝝ inferioꝝ est celum. sed non vniuoca cū istis inferioribus. ideo ratio non concludit ⁊c.

Queritur vtrū primus motor sit infinitus in vi gore: ⁊ arguit primo q3 sic quod mouet p tem pus infinitum est vigoris infiniti. primus mo tor ē huiusmodi. ergo ⁊c. Maior p3. viij. phy sicoꝝ quod enim mouet ppetuo est infinitum: q3 sua virtꝰ extenditur in infinitum. Minor p3 eodem octauo ⁊ con firmatur rō. q3 primum principiū non h3 in aliquo ptem aliquotam suę virtutis. sed totā simul suam virtutem hēt: sed sua virtus est infinita in duratione. vt omnes phi con cedunt ⁊ de se est manifestū. ergo erit ifinita in vigore. ex quo enim totam virtutē h3 simul ⁊ ipsa ꝑm extensionem durationis est infinita. ergo in omni instanti durationis ē infinita. ⁊ hoc est esse infinitum i vigore. Preterea qō causat ex infinita distantia: est vigoris infiniti: deus est hu iusmodi. igitur ⁊c. Maior p3 ex sexto phy. crescit enim3 po tentia motoris ꝑm crementum spatij motus ceteris pari bus. ita q3 motor qui mouet p magnū spatium ceteris pa ribus est maioris vigoris. quod ergo mouet vel causat ex infinita distantia: q3 causat entia de nihilo vel non de ali quo. nunc aūt de nihilo aliquid est distantia infinita cum si niti ad infinitum3 sit oīs ꝓportio possibilis. ergo ⁊c. Itē q3 causat infinitum ipsū est vigoris infiniti. primum prin cipium est huiusmodi. ergo ⁊c. Maior est nota. si enim3 ef fectus est infinitus multo magis cā ē infinita. Minor p3 quia primū principium causat oīa entia infinita. Item qō potest causare plures mundos infinitos est infiniti vi goris. primum principium est huiusmodi. igit ⁊c. Maior patet q3 non esset vigoris infiniti si nō posset causare mū dos infinitos. Minor p3 q3 primum principium pōt hoc facere. sicut enim sunt infinita indiuidua sic potest facere spēs infinitas. Aliter enim esset insufficiens: vt ait com mentator octauo phy. ꝑm opinionem aliquoꝝ. Item hā bēs virtutem excedentē omnem virtutem in esse est vigo ris infiniti. deus ē huiusmodi. ergo ⁊c. Maior p3 q3 nul la virtus finita excedit omnem aliam virtutē. Minor p3: quia virtus primi excedit omnem virtutem. q3 enim est fi nis omnium entium non h3 fieri ab aliquo alio cum non sit aliquid prius se. In oppositum arguit sic: si primus motor esset infinitus in vigore moueret in omni tempore consequens est impossibile. ergo ⁊ antecedens. Cōsequē tia p3 ex secūdo celi. Et primo inde cā motus animalium quia non esset ꝓportio inter mouens ⁊ motum. ⁊ ideo ve locitas sui motus in ꝓportionabiliter excederet omnē ve locitatem: ⁊ hoc non esset si motus esset in tempore. q3 cu iuslibet termini finiti ad alium terminū est ꝓportio deter minata: quare sequeret q3 motus esset in non tempore.

Item si primum principium esset infinitum in vigore: aliquid esset ociosum in ipso. sed hoc est falsum. ergo ⁊ pri mum ꝓbatur consequentia: q3 omne recipiens virtutem a primo cū sit infinitum si illud esset infinitum: tunc illud in quo excederet alia entia esset ociosū. s. nulli communi cans ⁊ nulli distribuens suā bonitatem ⁊ pfectionem: qa solum esset in potentia ad causandū: ⁊ nūq3 reduceret ad actum causandi: qō est stultum opinari ō principio primo quod est purus actus: vt p3. viij. phy. ⁊. xij. metaphy.

Item nec in primo principio nec in alijs debemus po nere qō saluare non possumus ex sensatis ⁊ imaginatis. sed non apparet in istis ex quo possumus arguere infini tatē ipius primi. ergo non debemus dicere q3 ipsum pri mum sit infiniti vigoris. Maior p3 ꝑ ꝓmenta. viij. phy. ⁊ primo celi. Experimentū termonum verox est: vt con cedet cū sensatis. Minor p3: q3 omnia que vident procc dere a primo principio tam motus q3 alia quecūq3 arguūt nobis determinatū vigorem ipius primi: ⁊ solum argu unt infinitatem durationis eius. sed in quantitate actionis ostendit finitas: quare p3 primum principiū esse infinitū in vigore ⁊c. De ista qone credunt magni viri in phi sophia opinantes phos ⁊ maxime cōmentatorem veritati catholice aduersari. Dicunt enim ex intentione phi. viij. phyicoꝝ. ⁊ secundo celi: q3 omnis motor celi est determi nati vigoris: dicunt ex secundo celi: q3 necesse est: q3 omnis motus naturalis ⁊ volūtarius habeat determinatum mo torem: ⁊ si motor non haberet potentiam determinatā nō haberet naturā determinatam: ⁊ sic nulla esset differentia inter motores celestes. Sed manifestū est ex intētione phi ⁊ cōmentatoris in eodem secūdo celi: ⁊. xij. metaphy. q3 motores celestes differunt in potentia ⁊ in esse. ⁊ cum vnūquodq3 moueat p tempus infinitum in hoc non diffe runt: nihil remanet p quod differant nisi per diuersitatez ꝓportionis inter se ⁊ sua mobilia: quare p3 q3 quilibz mo tor h3 determinatum vigorem mouendi suum mobile. Si aūt potentie eox essent infinite in vigore mouendi: tunc non esset ꝓportio inter motorem ⁊ rem motā: ⁊ si hoc eēt tunc non esset differentia inter motores: nec eēt i eis mul titudo omnino cū non differāt ex pte durationis. Pre terea addit ꝓmen. q3 si ita esset q3 cent infiniti vigoris in ueniretur motus in instanti: quod est ipossibile: ⁊ iō dicit ibidem: q3 opinandi est q3 potentie mouentium separabili a materia sint finite. Uno modo. s. in quantitate actionis ⁊ infinite. Alio modo. s. in duratione: qō confirmat au ctoritate Ax. in eodem secūdo dicentis: q3 si orbes habe rent plures stellas q3 habent: vel essent maioris quantita tis q3 modo sunt vel oio non mouerent: vel saltem tardiꝰ mouerent: q3 nō excederent potentie mouentiū in eadem proportione q3 modo excedūt: ex quo cōcludit q3 potentie mouētiū sūt terminate ꝓportionis ad corpa mota: ⁊ causa huius diuersitatis proportionis ē diuersitas suarum for marum: ⁊ subdit q3 ista finitas in vigore vel in quantitate actionis cōmunis est tam formis que sūt in materia q3 et formis que non sūt in materia. Item alibi eiusdem se cūdi exponēs illud phi quod presassumptum est. Dō si in celo essent plures stelle: dicit q3 proporto est determinata inter motores celestes ⁊ sua mobilia: ⁊ iō nō quilibet eox mouet quodcūq3 mobile nec quacunq3 velocitate. s3 vnus quisq3 monet proprium mobile: ⁊ in velocitate propria: ⁊ paulopost subdit: q3 additio potentie motoris supra potēn tiam moti nō est infinita nec in tempore: ⁊ i eternitate mo tionis nō in vnitate nec in multitudine mobiliū: nec i gra uitate mobilium. Item in eodem secundo in alio loco vbi mouet questionem quomodo primus orbis mouet alī os orbes: ⁊ in solutione eius dicit q3 totus orbis est qua si vnum animal ⁊ vnum corpus p vnam potentiam que est in eo debet habere magnitudinem determinatā: eo q3 illa potentia ⁊ eius motor ē terminata: ⁊ ex orbis istis videt

esse de intentione ꝯmentatoris: q primus motor est finitus in vigore: q: mouet primū mobile, in virtute determinata. nā primū mobile mouet a prio motore: vt pz ex. viij phy. Sed opinio philosophi t cōmentatoris: t p ꝯns latet sic opinantes: vt patebit inferius. cā aūt huius latentie est vt existimo multiplex. vna est defectus: secūda deficriū: q: cōiter deficit de cōmento Auerrois in cuius explanatione cōmen. questiones mouet t determinat in propria forma: t q: cōmuniter nō habetur: idcirco cōiter eius intentio ignoratur. Alia cā est: quia cum Ax. viij. phy. p bat motum ꝑpetuum causari a motore sepato qui non est corpus nec virtus in corpe. motores Vo appropriatos vocat quandoq3 sepatos intelligit istū motorem esse primum principiū. t iō cū cōmenta. dicit secūdo cc. q oēs motores sepati sunt vigoris terminati non dz hoc extēdi ad primū motorem oio sepatū nō aduertentes q in eodem. viij. se cūdo cc. t. xij. metaphy. vocat primū principiū potentiam oio sepatam que nec est corpus nec virtus in corpe. motores vero appropriatos vocat quādoq3 sepatos. qñq3 vero potentias in corpibus diuersis respectibus. qñq3 enim cōparat eos ad aliquid respectu primi vocat potentias corporum vel intellectus vel desideriū celi qñ loquitur de ipsis respectu formarū materialiū vocat eos sepatos: qō appet in pluribus locis. dicit enim in secūdo cc. querens quare Ax. dicit: q si in celo essent plures stelle vel nō moueret vel moueret cū fatigatione: cū sit declaratum q in celo nō sit labor nec fatigatio: t soluit dicens: q vltimus orbis eēt in labore: q: potentia motoris in mouendo adderet supra potentiā suam naturalem: eo q potentia moti que ē oppositā potentie motoris cresceret t adderet supra potentiam motoris: t tunc sequit q motus eius esset violentus: q si sic moueret: impossibile esset vt reciperet eternitatem motus a potentia infinita. s. mouente que nō est in materia. vocat ergo potentiā infinitam que nō est i materia primū principium: t dicit ipsum nō esse in materia respectu motor appropriatorꝝ quasi innuēs motores appropriatos eē in corporibus. Item alibi eiusdem secundo celi dicit q quanto intellectus. primi est formatior tanto desiderium eius est pfectius t quantū eius desiderium est pfectius: tāto eius motus est velocior. Cōstat aūt hoc dicere de motore appropriato. Nam primum non desiderat aliquid extra se p quod pficiatur: t ideo nō indiget actione: p quam conseruetur in sua pfectione: vt ipse ibidez dicit: quare pz q primū mobile hz motorem appropriatū a quo mouetur effectiue indigentē t desiderantem primū quem vocat intellectū primo moti respectu primi principij: t hoc idē apparet ex verbis eius i pluribus locis: t in. xij. metaphy. expresse in vltimo capitulo huius libri: t ita ex ista questione quodāmodo credit q quicquid dicit de motoribus separatis: qō totū dicat de primo principio: qō tamen nō ē ita: quia primū principiū consideratum fm se non mouet nisi in rōne finis: vt patuit in alia questione. effectiue autē mouet nō nisi fm q in intellectu motoris appropriati: et hz vel esse hēat in intellectu intelligentie t in se: tamen qa nulla intelligentia infra ipsam intelligit sicut ipse seipsum intelligit: iō pfectior est in se q3 ipsū intelligentia intelligat t qō primum mobile sic moueat a virtute intelligente et desiderante: primū satis appet ex dictis cōmentatoris secūdo cc. vbi querit quō primus orbis mouet alios orbes. dicit enim q totus orbis est quasi vnū animal. sed non est ligatū pluribus ligamentis: sicut animalia dissimiliū partium. sed est ligatū p potentiam primam, spūalē diuisaz in suo loco: p quā hz vnā potentiam magnitudine determinatam: t subdit. Quod hec potentia diuidit in alijs orbibus: eo q primo diuidit in orbe primo: t influit motuz in alios orbes: eo q ipsum influit primo in orbē primū: sicut potentia mouens animal influit motū in membris: eo q primo influit ipsum in cor: t sic orbis primus dicitur mouere alios orbes: t ideo ipse sepe dicit in secūdo celi: q cēteri orbes mouent ad desiderium primi moti: vel consequuntur desiderium primi moti: quare pz q fm potentiā primam spiritualem per quam dicit celum esse vnum animal: intelligit primam intelligentiam mouere effectiue primum orbem: t ideo ipse dicit loquens de motoribus celi: qui quidem acquirūt ꝓpinquitatem primi: qō est deus pauca operatione: t hic est orbis totum continens. Constat aūt q b p orbes intelligit non solum corpora celestia: quia illa non acquirūt. sed intelligentie mouentes ipsa acquirunt propinquitatem. Et ideo per orbes intelligit totū quod est compositum ex motore t mobili: hoc etiam maxime apparet in vltimo capitulo: vbi dicit: q Ax. considerauit de virtutibus celestibus appetitiuis: t vidit eas moueri ad appetibile nobilius se. dicit etiam expresse q causa motus non est forma: que fit motus effectiue. sed ad appetibile nobilius: t hec ē prima opinio cōmentatoris: t ideo dicatur opinio commentatoris que videtur eē philosophi t in nullo deuiat a veritate fidei: licet verba diuersificentur. Commentator vero in quadam demonstratione octaui physicoꝝ: que deficit communiter: vt dictuz est: mouet istam questionem. dicit enim q Ax. in octauo ponit istaz propositionem. Qō omnis corporis est potentia finita.

Et ad declarationem huius propositionis inducit istā aliam ꝓpositionem. s. q si potentia infinita esset in corpore: motus esset in instanti. Circa hoc mouet questionez. s. quare sequeretur q si potentia infinita eēt in corpore: motus fiet t in instanti: t non sequitur id si potentia infinita non sit in corpore. ex quo. n. potentia est infinita t motus suus sit in corpe suo: nō videtur q debeat eē motus in instanti. Et respondens ait: q si aliqua actio infinita sit alicuius corpis vel virtutis in corpe: sequitur virtutem istaz esse infinitam. Sed si fuerit alicuius virtutis non in corpore: tunc ista virtus fm q non est corporis: nec erit finita nec infinita: quia quod non est corporis non potest dici finita vel infinita: cuius ratio est quia finitum t infinitum solum de corporibus dici potest: vt apparet primo physicorum. quia finitas t infinitas soli quantitati competunt. Si igitur posuerimus potentiam infinitam in corpore: sequitur q motio eius sit in nō tpe: qz ꝓprie ē infinita: t debet agere actionē infinitaz. Si vero istā potentiā nō i corpore: tunc nō diceret nec finita nec infinita: eoq nō est in corpore: nec hz attributionem ad quantitatem. nō ergo sequit q moueret in non tpe: cum in talibus potentijs que non sunt in corpore si plures essent non possent intelligi vna maior alia: qz maius t minus solius sunt quātitatis. Sit ergo rō positionis ista virtus que non est in corpore nec in corpis magnitudine non est finita nec infinita. virtus primi est huiusmodi. ergo tē. maior t minor sunt declarate. hoc etiam clare dicit in vltimo capitulo huius. dicit enim q cū virtutes appetitiue celoꝝ sunt virtutis finite non possunt esse causa continuationis motus: t sic vidit q illud qō est cā continuationis motus est infiniti vigoris: t hoc est probatum: quare pz ex intentione eius: q primum principium nec est finitum nec infinitum in vigore: eo q suus vigor non habet attributionem ad quantitatez: nec ꝓportionatur alicui quantitati non ꝓpter hoc q suus vigor habeat aliam ꝓportionem terminatam ad aliquem alium vigorem vel ad aliud mobile: imo est extra omnez ꝓportionem cuiuslibet alterius motoris t mobilis: quod ipse commentator clare manifestat eodem libro dicens.

Qō si dixeris aliquas potentias esse in corporibus: tūc actio eaꝝ erit proportionalis sicut proportio potentie motiue ad aliam potentiam motiuam: sicut proportio velocitatis motus eius ad proportionem alterius. Jn potentia autem non existens in corpore non erit proportio cum ꝓ-

portio solum sit magnitudinis: ⁊ eox que sunt in magnitudine ⁊ est manifestū q̄ hic intelligit q̄ potētie mouentes orbes sūt potētie in corpib⁹: q: dixit eas cē ꝓportionatas determinata ꝓportione ⁊ inter se ⁊ adinuicē ⁊ ad sua mobilia. ⁊ hoc ēt dicit in codē ꝯmēto octaui metaphy. immediate ante solutionē huius q̄onis: ⁊ in pluribus locis. secundo cc. ¶Primū aūt primū dixit cē potentiā oia nō i corpore. ¶Istā candē solutionē ad illā questionē clare scribit i xij. metaphy. vbi dicit q̄ mot⁹ celi cōponit ex duplici motore quox vnus ē finite motionis: ⁊ iste ē aia existēs in ea ⁊ alter ē motionis infinite: ⁊ est potētia que nō ē in materia p quā intelligit primū principiū: ⁊ subdit q̄ fm q̄ mouet a potentia finita mouet in tpe: q: hr̄e finitatē est habere ꝓportionē terminatā ad corpus motuz: ⁊ subdit statim q̄ ꝓpter diuersitatem illius ꝓportionis que est inter corpora celestia: ⁊ alias eox diuersificant̄ in velocitate ⁊ tarditate. fm aut̄ q̄ mouet a potentia que nō est in materia in quo cōueniunt oēs orbes habent eternitatē motus ⁊ continuitatem: quare manifeste videt̄ velle primū principiuz non hr̄e ꝓportionē aliquā in vigore ad aliquē motorem nec ad aliquod mobile. hoc etiā expresse scribit primo celi. vbi habent̄ hec verba. Jā enim declaratū est: q̄ primum mouens mouet in tpe infinito. sed q: vtilitas illius est cōtinuitas ⁊ ppetuitas essendi: iō necesse est q̄ illud mouēs sit infinitum: sed ipossibile est vt tale mouēs sit corpus vt in corpe: qm̄ si esset: moueret in nō tpe. Ex quo appet manifeste q̄ si haberet fm vigorem attributionē ad quantitatem diceret̄ infinitus in vigore: q: moueret in nō tpe.

Ad̄ ergo non dr̄ infinit⁹ in vigore: nō dicit̄ ꝓpter hoc q̄ habeat aliquā ꝓportionem determinatā ad aliqd̄ aliud immo nō est alicui ꝓportionatus. sed ꝓpter hoc q̄ nō habet attributionē ad quantitatē. ¶Notandū tn̄ q̄ primum principiū dr̄ infinitū in duratione: cuius rō est: quia vt dicit ꝯm̄. in loco allegato ⁊ in. xij. metaphy. in corpe celesti nō est potentia vt corrūpat̄: q: non hz ꝓrium. ⁊ ideo est permanens fm sui substantiā. motus tn̄ eius non est permanens p sui essentiam: q: hz contrariū. s. quietez. ⁊ ideo potest corūpi. Ad hoc ergo q̄ motus celi pmaneat essentialiter: oportet ponere aliquā essentiam pmanentē eternaliter sine potentialitate corruptionis ⁊ pmutationis: q: in celo non est potentialitas vt corrūpat̄. sed vt quiescat. Et q: pbatū est celū quiescere esse impossibile. viij. phy. secundo cc. ⁊. xij. metaphy. Jgit̄ necesse est vt cā. pmanētie motus sit ꝓpter motorē in quo nulla est potētia omnino nec accidentaliter nec essentialiter: ⁊ tale non ē in materia oīo ⁊ sic pmanentia motus ⁊ continuitas ē a primo principio. ⁊ ideo subdit ꝯmentator circa finē eiusdem ptis: q̄ potentie mouentes corpa celestia. s. motores appropriati possibile est vt semp̄ moueāt ⁊ possint nō semp̄ movere si posuerimus illud ad qd̄ movent. s. primū motorem esse recepti bilem transmutationis cuiuscūq̄z modi. ¶Possunt antē semp̄ movere quando illud ad quod mouēt fuerit nō trāsmutabile aliquo mō transmutationis. Et cōcludit. Si igit̄ motus est eternus necesse est vt moueat̄ p potentiam existentem in co. s. motorem appropriatū aliū a motore cui nullus motus transmutationis accidit: ⁊ tale in nulla materia existit: ⁊ hoc est primum principiū. Ex quo apparet q̄ continuitas ⁊ eternitas motus est a primo principio. s. quod mouet semp̄ eodem mō vt intelligitur ab animalib⁹ celestibus ⁊ desiderat̄: ⁊ quia semp̄ idem ⁊ eodem modo intelligūt ⁊ desiderant: ideo semp̄ ⁊ eodem mō mouēt: q: ergo pmanentia primi est cā pmanentie quantitatis mot⁹ ideo pmanentia primi ⁊ duratio hz attributionem ad motum qui est de essentia quantitatis: vel cōsequitur quantū ⁊ ideo vt cōuenit sibi infinitas: ideo dicit̄ infinitus in duratione. sed q: vigor eius non hz attributionem ad motuz nec ad aliquid aliud quantū: quia non mouet nisi vt finito omnium motuum celestium: tunc nō magis diceretur primi mobilis q̄z cuiuslibet alterius sperе cuius oppositū apparet. viij. phy. ⁊. xij. metaphy. Dicit̄ enim ibi q̄ primuz mobile mouet̄ a primo motore. Ad qd̄ dicēdū sicut dicit ꝯm̄. xij. metaphy. in ista pte. ¶Principiū enim intelligētia. vbi postq̄z pb⁹ ostendit primū motorem esse eternum ⁊ immobilē absq̄z materia ostendit quid est primū motus eterni in ipso moto cum omnis motus sit ex aliquo ⁊ ad aliquid: ⁊ dicit q̄ principiū illius motus in moto est intelligentia que mouet̄ ab intelligibili non fantasia tā a sensu: vt ibi dicit commentator: ⁊ sup eadem pte dicit ꝯmen. q̄ Ar̄. intelligit ibi dicere inter primum principium ⁊ alia principia abstracta. nā alia principia vident̄ electa ⁊ desiderata pp alia. s. q̄ sunt principia aliox motuū celestium preter motum diurnū. Ad̄ aūt est principiū motus diurnum est electum ꝓpter se. cū versus ipsuz moueat̄ omnia mota. s. omnes orbes minori motu: ⁊ maiori motibus p̄z̄s. imendit. ergo q̄ alie intelligentie sunt fines ⁊ principium aliox motuum: ita q̄ vna intelligentia intelligit ⁊ desiderat aliā. ⁊ pp̄ hoc desideriū mouet alio motu q̄z diurno. oēs aūt orbes mouent̄ motu diurno pp̄ desideriū primi: ⁊ iō post alia subdit i eodē ꝯmēto: q̄ primum ꝯmouēs mouet primū motū sicut amatū mouet amantem primum absq̄z hoc q̄ amatū moueat̄. ea aūt que sūt sub moto. p̄z̄o mouēt mediāte isto p̄z̄o moto: ⁊ dicit q̄ intēdit p̄ primum motū primū celū: ⁊ p̄ ea q̄ sūt sub ipso alias sperас: ⁊ ea q̄ cadūt sub generatō. ⁊ corruptōe ⁊ subdit. ¶Primū enim celū mouet̄ a p̄z̄o motore fm desideriū: vt assimilet̄ ei fm suū posse: sicut amās mouet̄ vt assimilet̄ suo amato. Alia aūt corpa celestia mouent̄ ad desideriū primi corpis. Ex quo apparet q̄ primū principiū imediatius intelligit ⁊ desiderat ab intelligentia primi moti: ⁊ hic p̄ ꝯm̄ immediate primū principium mouet primū motum: ad cuius desiderium oēs alij orbes mouent̄ motu diurno: hz i alijs motibus ꝓprijs desiderēt primū principiū. hoc tn̄ est magis ē mediate. hec vr̄ esse intētio pb⁹ ⁊ expresse ꝯm̄. circa istaz questionē: nec ē repugnātia in Ar̄bis ꝯmentatoris diligēter ꝯsiderāti: hz aliqui hoc credāt. Et ista opinio nō dicoz dat realiter a Ar̄itote fieri: hz Ar̄ba theologoz dicāt primuz principiū cē infinitū in vigore: q: intelligāt ipsū nō limitatū nec ꝓportionatū alicui alteri: sed extra ꝓportionē alicuius alterius virtutis. Sed q: solutōis ad vtrāq̄z p̄t̄ videntur aliqualiter huic solutioni obviare: iō soluātur p̄ ordinem. Ad primā cū dicit: Illud qd̄ mouet p̄ tempus infinitum: dico q̄ verū est q̄ tale est infinitum i duratione sed in vigore nō concludit rō: ⁊ qñ confirmatur q̄ primū principiū hz totā virtutez suam simul ꝯcedat̄: ⁊ qñ dicitur. Virtus eius ē infinite durationis: ⁊ ita gegd hz i tota duratione hz totū simul: ꝯcedat̄. hz ex hoc ꝯcludit infinitas vigoris si i tota duratōe haberet determinatū vigorē. Si ēt aligd hēret potentiā determinatā agēdi vel mouēdi aligd ⁊ cōtinuādi eādem actionē p ipatiū vnus āni: licet habeat talē potentiā i oi instāti illius tpis: q: non est maior nec minor: nō sequitur pp̄ hoc q̄ totam actionem quaz facit in anno possit facere in eodem instanti: q: duratio vel pmanentia nō conuertitur in quantitatē agendi. nam alia est infinitas vigoris: ⁊ ita vna non ꝯcludit aliam. ergo ⁊c.

Ad fm cum dicitur. Illud qd̄ causat ⁊c. concedit̄ maior: ⁊ si minor eēt ꝯcessa nō cōcluderet necessario. sed phi negarent minorem: ⁊ ad probationē eius: q: vt appet ex phy ficorum primo: communis contentio philosophoruz fuit q̄ ex nihilo nihil fuit. Ad aliam cum dicitur. Oē causat effectum. dico q̄ verum est si effectus est infinitus: vel sint effectus in numero infiniti simul. Et ad minorem cum dicitur. ¶Primum principium causat. dico q̄ nō causat aliquē infinitū effectū nec i esse nec i numero simul. Sed existente eternitate mundi causare infinitum successi

ue non arguit infinitatem vigoris seu durationis. Ad aliam cum dicitur: quod potest facere. conceditur si essent infiniti in actu. Et ad minorem cum dicitur: primum principium &c. dico q̄ est impossibile. s. mundos esse infinitos nec in multitudine nec in magnitudine: vt ꝓbatur primo celi. & ideo deus non potest hoc facere. nam sicut dicit cōmentator sexto physicoꝝ. agens non posset agere aliquod impossibile non dicitur esse diminutio agentis: sed dicere ipsum facere aliquod impossibile est error & deceptio. Ad aliam cum dicitur. quod habet virtutem excellentez &c. dico q̄ verꝝ est si excederet omnem virtutem in infinitū. aliter non esset maior vera. si enim omnis alia virtus esset determinatum & finita: virtus que excederet omnia i aliqua ꝓportione determinat non ꝓpter hoc esset infinita. Et ad maiorem dico q̄ virtus primi non habet aliquā ꝓportionem ad aliā virtutem cum sit omno separata & nō attributa quantitati. & ideo de ipsa nō pōt fieri comparatio ad aliquid aliud sub ratione minoris vel maioris vt patuit.

Ad rōnes ꝓ altera parte similiter soluatur. Ad pmā cum dicitur: si ꝑmus motor esset infinitus in vigore moueret in non tpe iam solutō est per ꝓm. q̄. verꝝ est si esset corpus vel virtus in corpore. quia tunc ꝓprie diceretur infinitus. nūc aūt primū ꝓncipiū omno est abstractū & ideo ꝓprie non dicitur finitus nec infinitus. quare non sequitur q̄ motio eius esset in non tpe. potest aūt dici sicut dicit cōmen. xij. metha. q̄ motus est in tempore determinato ꝓpter motores appropriatos quoꝝ vigor est finitus & determinatus a motore ꝑmo qui mouet in ratione finis & in ratione cuius motus habet eternitatem. & sic dato q̄ primū ꝓncipium sit infinitum adhuc ꝓpter hoc motus non esset i instanti. quia quantitas est a motore qui mouet vt efficiens: & iste est finitus. & ideo nullū agēs possit ipm facere in nō tempore cum nullum agens possit facere impossibile vt dicit ꝓm. octauo physicoꝝ. Ad aliam cum dicitur: si primū ꝓncipium esset infinitum aliquid in eo esset ociosum. nego consequentiam. & cum ꝓbatur: quia illud qō excederet in eo omnia entia esset non causans. Dico vt dicit ꝓm secundo celi q̄ entia eterna sunt ꝓpter se ꝑma intentione. sed ꝓpter alia secunda intentione. modo cū inter entia primum sit nobilissimū: maxime erit ꝓpter se prima intentione. & ideo habet operationem nobilissimā & perfectissimam que est intelligere. hec enim operatio est infiniti gaudij & delectationis: vt patet ex. xij. metha. q̄ autē attingit finem principalem ꝓpter quem est: non est frustra: vt patet secūdo physicoꝝ. quare patet q̄ primū principium lz non habeat operationem extra se sibi essentialem. nec est possibile habere ꝓpter hoc non est in eo aliquid ociosum: quia in se habet operationem ꝓpriam. Ad aliam cū dr̄ q̄ in ꝑmo ꝓncipio. dico q̄ non est verꝝ imo in multis habemus ponere alia q̄z ea que sensus iudicat. quia lz nostra cognitio incipiat a sensatis. tamen intellectus naturaliter ascendit ad altiora q̄z possu sensus comprehendere. quia dicit cōmentator in duodecimo metha. q̄ non est impossibile nobis intelligere res que sunt infinite veritatis idest in ꝑmo ꝓncipio & aliis ꝓncipijs separatis a materia licet sit dissimile. & tamen huiusmodi res non cadunt sub sensu nec sub imaginatione. Idem etiam dicit tertio de anima. s. q̄ intellectus noster possibilis cum fuerit perfecte copulatus cū intellectu agente intellectus per ipsum omnia tanquā per formam ipsam intelliget. & ad hoc concordat sententia phi nono & duodecimo metha. & ideo cum dicitur q̄ experimentum sermonum verox est &c. dico q̄ verum est in his que possunt esse sensata. vel possūt concedi maior & dici ad minorem cum dicitur q̄ nobis nō apparet aliquid per quod arguamus infinitatem primi. quia determinata velocitas motus non est a primo: sed a motore appropriato. dico q̄ hoc non est verum immo apparet eternitas motus que est tantum a primo.

Veritur vtrum quod est corruptibile de se possit perpetuari aliunde. Et arguitur q̄ sic. qa quod est infinite potentie & cui nihil deest potest aliquod corruptibile de se perpetuare in esse. primum principium est huiusmodi. ergo &c. Item omne quod habet esse ab alio de se est corruptibile. sed omnia p̄ter primum habent esse ab alio. ergo omnia alia a primo habent esse corruptibile: & tamen multa perpetuantur. ergo de se corruptibile potest ab alio perpetuari. maior est nota per Auicennam primo tractatu sue methaphysice. quod enim ab alio habet esse: de se non habet esse. & quod de se non habet esse: de se non potest non esse. minor patet per Auicennam & philosophum secundo methaphysice & per cōmen. ibidem & in libro istoꝝ. ad sensū patet q̄ multa perpetuantur in esse. Item agens quod causat per voluntatem suam aliquid quando vult sicut dat sibi cē cuz prius non sint: ita potest ipsum apte conseruare perpetue & auferre sibi non esse. sed primum ē huiusmodi. ergo pōt de se aliqō corruptibile ꝓpetuare i cē. maior de se nota. minor patet per commentatorem secundo methaphysice. dicit enim ibi q̄ omnia entia non acquirunt esse in veritate a causa prima. Oppositum dicit hic commentator reprehendens de hoc Auicennam qui posuit oppositum. & probatur in fine primi celi. Ad intellectum questionis primo tangentur opinio aliquorum. s. Platonis & Auicenne. secundo opinio commentatoris & philosophi. Opinio Auicenne fuit q̄ aliquid corruptibile de se perpetuatur ab alio. & hec fuit intentio Platonis in Thimeo dicentis O dij deorum quorum opifex ego sum vos vestri non corruptibiles estis estis mei autem gratia estis incorrupti/biles: Introducens hec verba in persona dei ad alias intelligentias separatas. & sic isti crediderunt q̄ aliquid de se corruptibile possit perpetuari aliunde. Sed ista opinio secundum principia philosophi non potest stare. quia sicut dicit commentator in isto libro. & primo & secundo celi. & octauo physicorum commento primo. s. si illud esset verum sequeretur q̄ natura corruptibilis efficeretur necessaria & mutaretur in eternam: quod est impossibile. quia iste due nature differunt plus q̄z genere scilicet corruptibilis & incorruptibilis. & hoc est habere materiam & non habere: vt patet quarto methaphysice. & quod Platon adiunxit de dijs qui per se essent non habet veritatem secundum principia philosophie: quia sunt de se eterni. quia vt dicit commentator secundo celi abscisio materie ab aliquo est causa perpetuitatis. cum ergo intelligentie sint separate a materia: vt patet secundo celi & duodecimo methaphysice de se erunt perpetue. Item fundamentum Platonis qō erat q̄ primū ꝓncipiū cēt agēs p volūtatē. et tale pōt aliqd ꝓpetuare destruit a ꝓm. ꝑmo ce. vbi dicit q̄ nō ē, quidētis agētis p volūtatē facere corruptibile qō vlt ꝓpetuare. qa sua volūtas ꝓriaret sue actiōi. & iō hec opio nō valet. Alia ē opio Aꝝ. & ꝓm. q̄ nō ē possibile aliquaz substantiā esse corruptibilem de se & ab alio ꝓpetuari in cē physico loquendo ꝑm q̄ id non fiat miraculose p potentiā supnālē nō excludit. maior ꝑz. qa tūc nā possibilis mutaret in eternā. qō ē ipossibile vt dictū ē: qa differūt plus q̄z genere vt dr̄. x. metha. tūc quia si sic cēt idē esset simul ens & non ens: quod est impossibile. quia si aliquid ꝓpetuaret ab alio de se esset corruptibile. ponitur ergo in esse corrupto. tūc nullum sequitur impossibile. quia possibili in cē posito ꝑmo ꝓoꝝ: secūdo phy. & ꝑmo celi. & vlterius cū ponit esse perpetuū ponitur nūquā esse corruptum: quod est impossibile. ergo nō erit possibile ipm corrūpi. quia si cēt possibile ex hoc non segtur ipossibile. & sequitur vlterius. Est corruptum & non corruptū. & per cōsequēs ens & monēs.

Item sicut arguit cōmentator primo celi. si aliquid corruptibile ponitur eternum: ponitur non corruptibile. probatur. omne generabile ⁊ omne corruptibile habet respectu potentie sue esse distinctum a tempore sui non esse. sed eternum corruptibile vel eternum incorruptibile non habet potentiam nec tempus potentie ad esse distinctū a tempore potentie non esse. ergo generabile non erit eternum nec econtra. maior est de se nota. minorem declarat cōmētator ibidem: quia si corruptibile est eternum in toto tempore sue eternitatis est corruptibile. ergo tempus potentie ad esse non est distinctum a tempore potentie ad non esse. ⁊ adhuc multe rationes possent adduci ex primo celi. Ad rationes. Ad primam cum dicitur. quod est infinite potentie ⁊c. dico ꝙ non potest perpetuare id quod habet principium corruptionis quia impossibile quia hoc solo privat deus. De genitis facere ingenita vt dicit philosophus auctoritate Agatonis. quia nō pōt facē impossibile quia tunc esset contra voluntatem sue potentie: ideo non concludit.

Ad secundam cum dicitur. omne quod habet ⁊c. dico ꝙ verū est ꝙ habet esse ab alio effectiue: si vō tanquā a fine non oportet quia bene de se aliquid est necessarium. dependet tamen ab alio. Et ad minorem cum dicitur: omne preter primum. dico ꝙ verum est ꝙ omnia habent esse a primo tanquam a fine ꝫ de se formaliter habeant cē necessarium. quia in eternis non est necessaria factio neq; ꝓductio' ꝓprie nec causa efficiens. sed solum est ibi perficiens ⁊ perfectum ⁊ intelligens ⁊ intellectum: vt dicit cōmētator quarto metha. ⁊ quarto celi. ita dato ꝙ ab alio habeant esse in ratione finis non sūt ꝓpter hoc de se corruptibiles: quare actio non valet. Ad aliam cum dicit: agens ⁊c. apparet iam quid sit dicendū ꝑm cōmentatorē ꝑmo celi. quia si agens per voluntatem est ꝓuidus ⁊ vult effectū esse corruptibilem facit ipsum ex causis corruptibilibus: ⁊ si ipsum vult esse eternum faciet ipsum ex causis eternis, ꝓpter quod dicitur ꝑmo celi ꝙ natura voluit ipsum celū ponere incorruptibilem: ideo exemit ipsum a contrarijs ⁊ iō deus vult celum esse perpetuum per voluntatem imutabilem. ⁊ idco ordinauit ipsum sine causis corruptionis: quare ratio non valet.

Trum intelligentie dependeant a primo principio in ratione cause efficientis vel solum finis. Et arguitur ꝙ ratione cause efficientis. quia in vnoquoq; genere est dare vnum primū qđ sit causa omniū alioꝝ in illo genere. sed efficiens est vnū genus causaꝝ. ergo erit ibi vnum efficiens primum: hoc nō potest esse nisi deus qui est causa omniū ꝑma. ergo deus ē efficiens intelligentiaꝝ. maior patet ex secundo methaꝑb. ⁊ minor est de se manifesta. Item quod est causa finalis intelligentiaꝝ est causa efficiens. deus est bꝰ. ergo ⁊c. maior patet per cōmentatorem. xii. metha. quia in substātijs sepatis a materia idem est causa efficiens ⁊ finis. maiō apparet quia deus est finis omnium quia entia volunt male dispoñi nec est bonum pluralitas dispositionum. vnus ergo princeps: vt patet in fine. xi. metha. Item commentator dicit. xii. metha. ꝙ primū principiū est causa omnium in genere cause. s. efficientis formalis ⁊ finalis. Item si deus non esset causa efficiens intelligentiaꝝ cum nihil sit quod possit esse causa efficiens intelligentiaꝝ: tunc non essent reducibilia ad vnum sed multa essent principia: cō sequens falsum. ergo ⁊ antecedens. consequentia nota. falsitas consequentis patet per ꝑhm. xij. metha. ⁊ in topicis. quod enim per superabundantiam dicitur vni soli competit. quare vnum erit primum principium omniū. Oppositum videtur hic sentire cōmentator. dicit enim ꝙ substantie eterne sunt necessarie esse de se formaliter. deinde etiam dicit. xii. metha. ⁊ in principio quarti celi ꝙ in eternis non est causa agens ꝓprie nec factio nec ꝓductio: sed tantum ibi est perficiens ⁊ perfectum intelligens ⁊ intellectum. Ad euidentiam questionis sciendū ꝙ opīo Auicenne ⁊ aliquoꝝ sequentium ipsum fuit ꝙ primum principium est causa ꝓductiua ⁊ effectiua omnium entium. sed quodam ordine tantum ita immediate primum ꝓncipium ꝓducit primam intelligentiam ⁊ mediante ista ꝓducit alias: vt patet ex secundo tractatu sue metha. ca. secūdo ⁊ moti sunt propter rationes factas. s. ꝙ in omni genere ⁊c.

Preterea eternorum nihil prohibet esse alteram causā secūdo methaphi. ⁊ octauo phyſicoꝝ. sed non videtur ꝙ aliqua substantia eterna possit habere causam productiuā licet aliqua quorum esse est ab alio possint hoc habere. nā ex quo substantia habet per se subsistere si producta est ab alio necessario initium sui esse habet ⁊ accipit esse post nō esse. quare non est intelligibile ꝙ aliquid ꝑm se existens sit productū ab aliq̄ ab eterno ⁊ iō fuit alia opinio cōmentatoris ⁊ primo phyſicoꝝ. ⁊ est ꝙ in eternis substantijs non sit causa effectiua nec productiua. quia impossibile ꝙ aliq̄ substantia de se sit possibilis ⁊ acquirat eternitatē ab alio. quia tunc natura possibilis mutaretur in necessariam: qđ est impossibile cum differant plus q̄ꝫ genere: quia differt per habere materiam ⁊ per non habere. sed cum intelligētie sint substantie ⁊ ponantur esse eterne non possunt habere causam efficientem. ⁊ idco cōmentator dicit duodecimo methaphiſice ꝙ in eternis substantijs non est prouētus nec actio nec passio nec consecutio: ita ꝙ dicamus ꝙ vnum factum vel vna actio consequitur vnum agentem tantum enim est ibi causa ⁊ causatum ꝑm ꝙ dicimus ꝙ intellectum est causa intelligentis. Et per hoc soluit ad rationem Auicene que dicit ꝙ primum principium cū sit vnum ⁊ simplicissimum non ꝓducit nisi vnum immediate. Dicit. n. ꝙ nō est ipossibile ꝙ id quod per se est intelligens ⁊ intellectū fit cā plurium entiū immediate ꝑm ꝙ ex eo possunt intelligi multis modis. idē dic in ꝓncipio quarto celi ꝙ in eternis non est ꝓprie causa agens: sed finis ⁊ forma conseruans. ⁊ ita vult ꝙ intelligentie dependeant a primo principio in ratione forme conseruantis ⁊ finis. quia finis cōseruat oia que sūt ad finē. ⁊ ꝙ dependeant rone finis declaratur. quia ista que sūt minus perfecta dependent a perfecto in rone finis. sed deus ē pfectissimus intelligibilium. ergo ⁊c. maior nota. minor patet in secūdo metha. a ꝑn̄. ꝙ nullius intellectus est liberatus oīno a potentia ꝓter ꝑmū q nihil intelligit extra se. ⁊ dicit ibi: ꝙ deus ē infinite pfectionis ⁊ nobilitatis. intelligentie aūt recedunt a pfectione primi. ⁊ eodē modo est de corpibus celestibꝰ que sunt eterna: dependent tamen a ꝑmo motore in rone finis ⁊ conseruatōis: nō aūt in rone efficientis ꝓprie ꝑm intellectum eius ꝫ hoc non sit verū ꝑm fidē. Et si aliquis instaret ꝺ dictū qđ ꝑbs dicit. xij. metha. ꝙ si alie substantie mouentes essent otiose. Si ergo ꝑmū ꝓncipiū non mouet nisi vt finis vt tactum est in precedentibus questionibus. nec est causans effectiue aliquid: tunc videtur ꝙ ipsum nō sit causa efficiens alicuius: quia si non efficit ista eterna nec ꝓ tanto minus generabilia. quare videtur ꝙ non habeat alijs ⁊ sic erit otiosum: quod inconuenit dicere. Dicitur vt dicit cōmentator in. xij. metha. ꝙ sic dispositio est in immediato corpoꝝ celestium ⁊ intelligentiaꝝ in conseruando eterna ⁊ causando ea sicut dispositio bonoꝝ ciuium qui iuuāt se in regendo ciuitatē. ga oēs actiones alioꝝ oīꝫ sunt ꝓp actionem primi ꝓncipij. Ponūt eni omnes actiones suas seruientes ⁊ consequentes actionem primi. Sicut igitur primus princeps in ciuitate necesse est vt habeat actionem propriam que est nobilissima actionum ⁊ hoc est intelligere ⁊ diligere se. hec enim actio est actio nobilissima vt ꝓz. xij metha. quam actionem intendunt omnes alij ꝓ actiones suas que sūt sub primo, nec actio que ē mouere, nec ēt ei care

tū quid extra se est nobilissima actio. quia ista que agunt extra se vel agunt vt perfectionem acquirant. vel vt perfectionem per actionem conseruent. primū aūt neutꝝ istorū eget quia ipse est sufficiens ⁊ perfectionem non habet ab alio. nec ꝓpter aliud ideo non eget actione exteriori ad cōseruationem vel ad acquisitionem sue pfectionis: ideo apparet ipsum habere actionem sibi ꝓpriam qua sibi cōueniret non esse ociosum. ⁊ quando dicit pbs: si essent aliq substantie ⁊c. potest dici q̄ verum est vel vt efficiens vel vt finis: ⁊ ideo non valet. Ad rationes. Ad primam cū dicitur: in vno ⁊c. conceditur maior. ⁊ conceditur i minori q̄ efficiens est vnum genus causarum. concedendo in habentibus causam efficientem sed non omnia habēt causam ſm pbm. ⁊ cum vlterius dicitur q̄ non potest cē causa efficiens prima nisi deus. dico q̄ non est ita ſm opinionem pboꝝ imo generabilium ⁊ corruptibiliū que ꝓprie habent causam efficientem. efficiens primum est celū cuz motoribus suis. deus autem est causa simpliciter prima qa est finis ⁊ forma conseruans ꝓpter quam omnia alia sunt que si non esset: non esset alia quia nihil est ꝓter ipsum q̄ sit sufficiens ad essendum primum ⁊ absolutum per se. et hec omnia dependent in se ab ipso: vt patet circa finez huius libelli. Ad aliam cum dicitur q̄ est causa finalis ⁊c dico q̄ iam patet ex predictis quid sit dicendum ad hoc qa ꝓ tanto dicitur q̄ in separatis est efficiens idem ⁊ finis qa forma intellecta idem habet esse in intellectu ⁊ in re. ⁊ ideo intelligentie habent esse impropꝛie quod est forma conseruans vt intellectum est causa intelligentis: non autem efficiens ꝓductum propꝛie: ⁊ patet. Ad aliam cum dicit cōmentator q̄ primum est esse ⁊c. dicitur q̄ intelligit q̄ sit cā efficiens sicut intellectum intelligentis vt dictum fuit. Ad aliam cum dicitur q̄ si deus ⁊c. dico q̄ verum est si deus esset causa essendi illis que sunt ꝓpꝛie cause ꝓductiue istorum inferiorꝝ habentium ꝓpꝛie causam effectiuam: nunc autem deus est causa intelligentijs ⁊ celo. quia ꝓpter ipm sunt ⁊ esse eternum ⁊ necessarium habent ꝓpter eternitatem ⁊ necessitatem primi ⁊ nullum aliud ens posset eē absolute ⁊ simpliciter primum preter deum. ⁊ sic deus ē causa perfectionis ⁊ esse aliꝭ eternis licet ea non ꝓducat ō facto quod consonat initiū essendi post non esse. ⁊ ita non cōcluditur q̄ omnia non reducuntur ad vnū imo reducunt ad ipsum simpliciter primū. ⁊ sic patet ad questionem.

Consequenter queritur. Vtrum celum ſm se totum sit luminosum. Et arguitur q̄ non: quia illud quod ſm aliquam suam partem acquirit lumen ab alio ſm se totum non est luminosuz. celum est huiusmodi. ergo ⁊c. maior patet. quia nihil recipit aliquod ſm q̄ habet sed vt caret eo ⁊ est in potentia ad illud. minor patet. quia celum ſm aliquam partem sui saltē ſm lunam recipit lumen a sole. Item quod non ē densum ſm se totum non est luminosum ſm se totum. sed celū est huiusmodi. igitur. maior patet. quia densitas est causa luminositatis vt dicit cōmentator in hoc libro ⁊ in secundo celi. ideo stella lucet quia est pars densior sui orbis. minor patet. quia si celum ſm se totum esset densum: tunc per orbes inferiores non possemus videre superiores imo eclypsarent se ad inuicem sicut vna stella aliam: quod patet cē falsum. Preterea quod non est ſm se totum visibile nō est ſm se totum luminosum. celum est huiusmodi. igit ⁊c. maior patet quia vt dicitur secundo de anima: lumen ē primo visibile: colorꝝ autem mediante lumine. minor patet ad sensum. non enim omnes partes celi videmus: ita vt possumus eas discernere. sed stella tam partem ⁊ postea si celum ſm se totum esset luminosum: tunc sequitur q̄ celum ſm se totum calefaceret cum lumen habeat calefacere ⁊ ita nulla superaret aliam. consequens falsum; igitur ⁊ antecedens. consequentia nota. ⁊ falsitas consequentis patet ⁊ aūctoritate ⁊ experientia astronomorꝝ. ſ. q̄ sunt quedā stelle ⁊ quedam partes celi superantes ⁊ abundantes. Oppositum videtur esse hic de intentione commentatoris ⁊ in secundo celi. dicit enim hoc auctoritate Ax. ⁊ in quarto celi q̄ stellarum ⁊ substantia celi eadem est natura ⁊ ideo dicitur totum corpus celeste ſm esse diaphanum in actu id ē lucidum. Ad questionem breuiter dicitur ⁊ primo opinio quedam recitabitur que est astronomorum. secūdo dicetur opinio commentatoris que videtur Ax. Primo. n. quidam astronimi dixerunt q̄ celum ſm se totum non est luminosum. quia in vno quoq̄z genere est dare vnum qđ est metrum ⁊ mensura omnium illius generis ⁊ sic in genere lucidorum est dare aliquod primum quod est ⁊c. ⁊ illud est sol qui est lucidus ⁊ cum quo alia sunt lucida cū ab ipso oia alia lumen recipiant. ⁊ ideo dicit philosophus secū cophysicorꝝ q̄ homo ⁊ sol generant hominem ⁊ non dixit de alijs stellis quia modicam vim luminositas quam habent. habent a se ⁊ ideo dicebant antiqui q̄ sol est in medio planetarum vt rex in regno vt omnibus tam superioribus q̄z inferioribus lumen influat ⁊ virtutem. Licet hec sit famosa non tamen est ad intentionem philosophi ⁊ cōmentatoris. quia quando aliqua sunt eiusdem virtutis et non ſm materiam differunt nisi ſm partes vnius indiuidui. ſ. q̄ vna pars habet vnum accidens ꝓprium ⁊ alie habebunt alia sicut dictum est q̄ omnes partes celi sunt eedē ſm materiam ⁊ eiusdem nature. igitur si pars vna celi est luminosa similiter erit ⁊ alia. maior patet. quia quecunq̄z sunt eiusdem nature cōmunicant in accidentibus ꝓprijs: dato etiam q̄ sint diuersi numero, vt si vnus homo est risibilis omnes alij erunt huiusmodi. quia accidens ꝓprium consequitur naturam specificam quanto magis consequet partes huiusmodi individui. minor patet in secundo celi. arguit enim sic q̄ si vna stella erit sperica omnes erūt tales ⁊ si vna non moueretur motu proprio ꝓpter motum sui circuli deferentis. ergo nec alie. ⁊ ita probat per lunaz que si non moueretur motu volubilitatis q̄ alie non mouentur ⁊ hoc non esset nisi essent eiusdem nature in specie ⁊ ita patet q̄ si vna stella esset luminosa vt sol q̄ necessarium foret alias esse luminosas licet differant ſm magis. ⁊ tunc ad rationem cum dicitur q̄ in vno quoq̄z genere ⁊c. dico q̄ verum est sed hoc non est sol sed totum celum. nā hec ꝓpositio est intelligenda de vno quoq̄z nunc in specie aūt corpa celestia nō differūt spē vt alig volūt qa nūc plerōnes pbi in li. de. nō cōcluderēt sed differūt sic̄ ptes vni⁹ alt̄is. ⁊ iō in stellis seu orbibus sūt gradus minus pfectōis ⁊ virtutis ita q̄ vna stella ē pfectior aliis ⁊ magis lumiosa. ⁊ iō ex diuersitate graduū ⁊ pfectionū cāt diuersos effect⁹ ⁊ hoc ſm diuersitatē ꝓportionū ad iuicē q̄s hūt ſm diuersos aspect⁹ ⁊ coniūctōes. iō totū celū ē ꝓmū luiosū vt sol sz sol magis hz de luce q̄z alie stelle. Nūc ponēda ē opinio pbi ⁊ ꝑm. q̄ ē vr q̄ celū ſm se totū sit luiosū lz differāt ptes eius ſm gradus ⁊ gradus. qa oēs ptes celi sūt eiusdē nāe imo sūt eiusdē indiuidui numero. iō sicut ē de alijs accidentibus q̄ eadem accidentia sunt in vna parte ⁊ in alia. licet differant secundum magis ⁊ minus. ⁊ sic est de lumine. cum ergo vna pars sit luminosa vt sol: oēs erunt luminose: sed ſm magis ⁊ minus. Preterea si alie stelle non haberent lumen nisi a sole: tunc eclypsarentur per interpositionem sui ipsarum inter solem ⁊ se: vel interpositionem terre ⁊ luna eclypsatur. sed hoc non videtur: quia videmus q̄ stelle habeant lūmen de se. De luna tamē videtur magna dubitatio apud Aristotilem qui dicit eam esse similem nature terre per quod intelligit vt videtur q̄ natura eius non est luminosa nisi ab alio vt terra ab igne vt dicit cōmentator secundo celi. ⁊ ibi subdit commentator partes celi diuersificantur in densitate ⁊ raritate. et per

hoc est in diaphanitate ⁊ luminositate. sed nō ē intētio eiꝰ qꝫ omnino careat lumine. s. ipsa luna: sed ita paꝛ habet ꝺ lumine de se qꝫ videtur obscura respectu aliaꝝ stellarū et parum recipit lumen a sole ⁊ recipit lumen tali receptione qꝫ addit lumen per modum reflexionis sed non per modū luminis. per hoc ad rationes. Ad primam qꝫ si aliqua pars dico qꝫ verum est secundum gradum ſm quem recipit lumen non est luminosum de se: quia tamen adhuc habet aliquod lumen de se. ideo ratio non concludit. Ad aliam cum dicitur qꝫ non est ꝛc. dico qꝫ verum est si nullaꝝ habet densitatem. ⁊ ad minorem cum dicitur qꝫ celum nō est secundū se totum ꝛc. dico qꝫ verum est equale. ideo nō est per totum equaliter luminosum. sed partes magis densе sunt magis luminose vt stelle cum habeant aliquam dēsitatem vt habeant luminositatem nihil ꝓhibet partes q̄ ꝓpꝛie habent de luminositate disgregare. ⁊ ideo tales nō eclypsantur ad inuicem vt partes non stellate. Ad aliaꝝ cum dicitur qꝫ non est secundū se totū. cōcedo. ⁊ ad minorem cum dicitur sed celū dico qꝫ celum est visibile secundū omnes suas partes: licet ſm magis ⁊ minus: ⁊ ex hoc oꝛbes non possunt a nobis distingui per visum nisi mediātibus stellis que sunt magis luminosi ⁊ maioris virtutis ⁊ influentie. Ad vltimū cū dicitur qꝫ si totum celum ꝛc. conceditur. ⁊ cum dicitur qꝫ sunt alique stelle infrigidātes dico ſm mentem cōmentatoꝛis qꝫ non est verū simpliciter sed agunt caloꝛes similes vnicuiqꝫ elementoꝝ ⁊ vna dicitur supare respectu alterius que facit caloꝛem magis intensum similem igni vel aeri. alie vero caloꝛem similē aque. Et sic in his concoꝛdat sententia medicoꝝ qui dicunt qꝫ frigidum non ingreditur opa nature. Vel potest dici vt supra qꝫ nulla stella simpliciter infrigidat: quia ex eo qꝫ lumē habet calefacere. infrigidat autem ſm ꝓpꝛietatē aliquam ꝓpꝛiam que resultat ex coniunctione ⁊ aspectu ad alias stellas ſm aliquam ꝓpoꝛcionem.

Trum dimensiones interminate maneāt cedē ſm numeꝝ in generato ⁊ in coꝛrupto. ⁊ arguitur qꝫ sic. quia eadem superficies numero manet in generato ⁊ coꝛrupto. ergo eadem quantitas sive dimensio. consequentia tenet. ⁊ antecedens ꝓbaꝫ nam ad sensum patet qꝫ eadem cicatrix manet numero in vivo ⁊ mꝛtuo: igitur. Ad oppositum: si eedem dimensiones manerent in generato ⁊ coꝛrupto. ergo generatio non distingueretur ab alteratione. consequens est falsum ⁊ consequentia ꝓbatur: nam ſm philosophuꝝ primo ꝺ generatione per hoc distinguitur generatio ab alteratione: quia in generatione totum transit in totum: in alteratione non. sed si in generatione alicuius mouent eedem dimensiones que prius fuerunt in coꝛrupto totum non transiret in totum. In ista questione talem seruabo oꝛdinem. qꝫ primo recitabo opinionem cōmentatoꝛis cum suis motiuis. secundo improbabo ea. tertio respondebo ad questionem. Quantum ad primū sciendum qꝫ cōmentatoꝛes cū sequentes dicūt qꝫ eedem dimensiones numero manent i generato ⁊ in coꝛrupto. ⁊ hoc ꝓbat multis rationibus.

Prima est: quia ex non coꝛpoꝛe non potest fieri coꝛpus quia generans per naturam semper agit in quantum. sed si dimensiones que prius fuerunt in coꝛrupto coꝛrumperētur in generato ex non coꝛpoꝛe fieret coꝛpus. ergo non coꝛrumperentur. consequentia ꝓbatur: nam si coꝛrumperentur: forma generati aduenireꝛ materie non quante. ⁊ ideo ratio habetur in principio de substantia oꝛbis ⁊ incipit. et quia inueniūt omnes formas cōmunicari. Item forma in subiecto existens coꝛrumpitur nisi vel a subiecto vel cōtrario. sed dimensiones non possunt coꝛrumpi aliquo istoꝝ modoꝝ. igitur ꝛc. minoꝛ ꝓbatur primo qꝫ nō posset coꝛrumpi a subiecto quia cōsequuntur compositum ratione materie que est incoꝛruptibilis quando etiaꝫ aliquid sequitur aliud ratione alicuius incoꝛruptibilis non coꝛrumpitur licet illud quod ipsum sequitur aliud ratione alicuius incoꝛruptibilis non coꝛrumpitur licet illud quod ipsum sequitur coꝛrumpatur. quia scientia sequitur hominem ratione anime intellectiue licet: homo coꝛrumpatur non tamen scientia coꝛrumpitur. quia anima rationc cuius scientia sequitur hominem est incoꝛruptibilis. nec a contrario quia qualitati nihil est contrarium. ⁊ hec ratio similiter extrahit ex verbis imediate sequentibus dum dicit ⁊ tunc forme coꝛruptibiles essent contrarie ꝛc. Alie rationes similiter inducuntur ex eum sequentibus. Prima est quo ex aere fit ignis tota quantitas aeris per te coꝛrumpitur: tunc queꝛo an tota quantitas ignis que de nouo inducitur inducaꝫ in vna parte materie aeris: an in alia ⁊ in alia pārte. non est dicendum primo modo. quia aliqua pars materie esset non quanta. si dicitur secundo modo. ergo materia que fuit ipsius aeris habebit partem ⁊ partem ante inductionem quantitatis: quod falsum est. quia tunc ante quantitatē eet quantitas. consequentia ꝓbatur. nam illud in quo forma inducitur ꝑexistit. Secundo arguitur sic. si tota quantitas generati de nouo est: aut igitur educitur de potētia materie: aut non. si non: ⁊ de nouo est. igitur creatur: qō non est dicendum. Si educitur: aut igitur de materia indiuisibili: aut diuisibili. non primum: quia cum ens potentia perficiatur per actum: Sequitur qꝫ materia indiuisibilis ceretur per quantitatem ⁊ sic indiuisibile perficeretur ꝑ diuisibile: quod est falsum. ergo educitur de potentia diuisibili. Sed patet qꝫ materia non est diuisibilis de se sed per quantitatem. igitur ante quantitatem esset quantitas.

Item si quantitas preexistens coꝛrumpitur. Ergo motus localis esset in instanti. ꝓns falsū. vt patet sexto ꝓhysicoꝝ. ꝓma ꝓbatur. nā qñ ex aere fit ignis in troductiōe foꝛme substantialis ꝓte introducūt dimensiōes ignis. ꝛ iste dimensiones occupāt maioꝛē locū q̄ dimensiōes aeris. ergo vel siꝫerūt cū alio coꝛpe: qō nō ē dicendū. vel aliud coꝛpus cederet eis: ⁊ sic coꝛpus cadens mouet et in instanti. qa iste dimensiones in instanti introducūt sicut ⁊ forma substantialis ipsius ignis. Itē ois motus ꝛ terminū sibi intrinsecū qa motus ꝓ suū terminū specificaꝫ. v. ꝓhicoꝝ. sed qñ ex aere fit ignis rarefactio ꝓcedit. ergo ꝛ terminū sibi intrinsecū. sed in instanti tpis forme generaꝫ ignis ⁊ sic motus rarefactionis cōpleꝫ. ergo ꝛ terminū suū in instanti isto. sed in illo instāti nō sūt nisi dimensiōes ignis. ergo iste dimensiōes ignis termināt ipm motū rarefactionis. ergo dimensiones aeris non coꝛrūpūt. licꝫ si sint i ꝛg ne maioꝝ termino terminate. Itē remanet quātitaꝫ ita totaliter nō inducit de nouo. ergo dimensiōes cedē remanent in gnāto. tenet ꝓna: ga da oppositū qꝫ non maneant ⁊ qꝫ totaliter de nouo inducēt. aūs arguit. ois motꝰ ad q̄ntitatem vel ē augmentū vel dat decrementū. sed in aucto ſi tota quātitas gnātur ga augmentū ē ꝑexistens quantitatis additamentū. nec etiā in diminuto tota quantitas auferaꝫ ga diffinitio est ꝑtis quantitatis minoꝝamētū. igit ꝛc.

Preterea si vinū mutaꝫ in acetū nō dicimꝰ qꝫ doliū fit de nouo repletū. ergo nec aduenit nouū repleméū qō ē q̄ntitas. Itē si doliū mutareꝫ in aliud nō dicereꝰ qꝫ locꝰ cēt mutatꝰ. sed qꝫ ēvnꝰ ⁊ idē locꝰ. ḡ nec qñ aer mutaꝫ in ignē dicereꝰ qꝫ dimensiōes aeris ꝓmutēt. Et ꝓfirmat ga termini motꝰ vel differūt spē vel nūero vel saltē ſm aliquem gradum sicut in motu augmenti vel diminutionis vel alterationis. sed qñ doliū mutatur in doliū si mutaretur ꝑ aliquam potentiā naturalem ibi essent omnino eedem dimensiones non secundum aliquem gradum differentis. ergo dimensio que est in dolio quod est terminus ad quez est omnino eadem cum dimensione que erat in termino in termino a quo scilicet in alio dolio. aliter enim natura

frustra ageret si moueretur de vna quantitate habente talem ad aliam habentem eundem terminum. Preterea quando ex aere fit ignis aut dimensiones aeris corrumpunt in instanti aut in tempore. non instanti quia accidentia sicut acquiruntur ita corrumpuntur per motum. nec in tempore quia maneret vsq3 ad instans generationis ignis

In oppositum contra istam opinionem arguo multipliciter: Non stante eodem subiecto non manet accidens illius subiecti. sed subiectum immediatū dimensionatum est compositum ex materia t forma substantiali quā formam substantialem sequitur quantitas. igitur non manente cō posito nec eadem materia nec dimensio eadem: sed corrupta forma substantiali non manet idem compositum. ergo tc. Dicas q non oportet aliquid sequēs aliquid ratione alterius corrumpatur ad corruptionem eius quod sequitur: quod ideo est quia scientia sequitur compositū ratiōe anime t tamen scientia non corrumpitur ad corruptionem cō posīn. sic in ꝓposito quantitas sequitur compositum ratione materie. ideo non apparet q quando compositum corrumpitur quantitas corrumpatur: quia manet materia ratione cuius ipsum sequitur. Contra: corrupto ꝓmo essentialiter in quo immediate fundatur posterius corrumpitur t ipsum posterius. sed forma substantialis manet interma teriam t formam accidentalem: t sic est prior essentialiter quantitate: sicut superficies mediat inter compositum t albedinē t est prior essentialiter albedine. ergo corrupta forma substantiali in qua immediate fundatur quantitas: quātitas corrūperetur. Item accidentis esse est inesse septimo methaphysice. ergo non manente eadem inherētia accidentis non manet idem accidēs. sed corrupta forma substantiali non manet eadem inherentia dimensionis. ergo tc. Secundo principaliter arguitur sic. in generato q̄n dog3 est maior quantitas q̄3 in corrupto vt quando ex aere fit ignis: tunc si eadem dimensio maneat in generato tc. quero aut quantitas generati que est maior t precise eadē quantitas: aut non p̄cise: t non potest dici primū quia tūc idem respectu eiusdem esset maius t minus: t sic sub contrarijs terminis. si dicitur secundū: ergo in generato ē aliqua pars noua que prius non fuit in corrupto: tunc arguit sic. Quando aliqua sunt eiusdem rationis sīvnū ē corruptibile: t aliud. aliter ū essent eiusdē rōnis: ga corruptibile t icorruptibile differūt plꝰ q̄3 genere. x. metha. sed tota q̄ntitas t eius pars sunt eiusdem rationis. ergo si par est generabilis t corruptibilis t totum cuius est pars erit huiꝰ modi. ergo non necessario manet. Confirmatur ga si aliq̄ pars non aduenit l3 non ab extrinseco sed ab intrinseco. ergo de nouo reducitur de potentia materie t sicut vna pſ educitur ita t quelibet alia potest educi t si quelibet pars. ergo t tota. igitur tc: Dices q quando ex aere fit ignis q eadem quantitas manet p̄cise: non tamen erimus idem

Contra: an precise est vna quantitas in igne t aere t sic vnū ſm idem respectu eiusdem erit maius t minus. t si nō ē p̄cise eadem quantitas. ergo aliqua pars ē de nouo in igne q̄ non erat in aere: quia iste termin⁹ nō pōt esse nisi aliq̄ pars quātitatis cū non possit esse punctus: quia pūctus sine quantitate aduenire non pōt. q aūt sit maior quantitas in igne q̄3 in aere: ꝓbatur. tum quia replet maiorē locū q̄3 aer t non replet nisi ratione quantitatis. tum quia philosophus quarto physicox ca. de vacuo dicit q q̄ ex denso fit rar. maior quantitas est in raro q̄3 fuerit in depsso. Item q quantitas aeris t ignis nō sit p̄cise eadē ꝓbatur: ipossibile est q relatio de nouo aduenīat. sed equale t inequale duplū t dimidiū sūt relatōes primi modi. igit tc: sed capiat vna quātitas q̄ pmaneat t ſm cū nō sic mediasset fit eqlis quantitati illius aeris rarefiat. igitur aer iste equalis quātitati sic accepte. igitur aliquod nouum in fundamēto aduenit. sed nō quantitate pmanēte: ga sic ſm eā nō erat motus. ergo in aere rarefacto. Sed dices q solū ibi est terminus motus non alia quātitate. Contra solū quātitate dr̄ aliqd equale alteri vel inequle. quia ꝓprie quantitati ē dict equale vl inequle. ergo aer q primo erat equalis t postea inequalis respectu illius quantitatis pmanentis hz aliam quantitatē quā pus non habebat. Item p nouū motuz res noua acquirit. sed augmentatio t rarefactio sūt motꝰ ad quantitatē. ergo per eos noua quātitas acquirit. sed in aere q̄ rarefit est noua rarefactio. igitur tc. Tertio p̄n cipaliter arguitur. aut quantitas terminata t interminata sūt vna quātitas t sic hr̄ ꝓpositū: ga quantitas terminata non semp manet. ergo nec interminata aut est alia t alia t tūc in eodē subiecto sunt due quantitates: qd̄ est falsum. si dicitur q sunt vna quantitas tm̄ terminata non manet solum quantū ad terminū: quero iste terminus aut est de genere quantitatis: aut nō. si sic cum nō ſit idiuisibilis ga terminus est diuisibilis non aduenit nec recedit sine diuisibili. ergo diuisibilis. t per ꝓns quantitas t sic quantitas nō manet. t qua rōne vna pars pōt oīno manere t tota si nō sit de genere quantitas. ergo augmentatio t diminutio nō erūt motus ad quantitatem cū sit ad talem terminum.

Quarto principalites arguit sic. phs. v. physicox t secundo metha. ꝓbat per talem rōnem q generatio non sit motus qd̄ mouetur est in loco: qd̄ generatur non ē in loco sed subiectū generationis est materia pma. ergo materia nō est in loco. ergo materia pma vt est subiectū generationis non est quanta. ꝓns ꝓbatur. nam oē quantū est in loco quia quantitas est ratio formalis qua aliquod sit in loco. Dicetur forte q subiectum generationis puta materia non est ex se in loco sed per quantitatē. illud autez qd̄ mouetur per se est in loco ga ꝓprie est quantū. Confirmat sicut materia pma non est per se in loco inquantū subiectū generationis sed p quantitatē: ita subiectum motꝰ inquantū subiectum motus nō est per se in loco sed per quantitatē. ergo nulla est dria inter ista quantū ad esse in loco. minor ꝓbatur vz q subiectum motus vt sic non est per se in loco sed per quantitatē. Illud qd̄ per se est subiectū motus reciput formā ſm quā est motus cuius rō ē subiectū motus ē p se in potentia ad terminū motus: t qd̄ est p se in potentia ad terminū motus in se recipit formā ſm quā ē motus capio minorē. sed subiectū motus augmentū est suba inquantū suba. suba aūt vt sic non ē ꝓpe in loco sed solū per quātitatē t sic p accidens. Sed tu dices q hec rō non solu3 ē ꝟria Ax. sed etiā p determinationē phi supra. nā p hoc phs distinguit gnationē a motu ga subiectū motus ē in loco: nō aūt subiectū gnātiōis. t ꝓbat q ita est vnū in loco sicut t aliud. Rñdeo q phs distinguit gnationem a motu: ga illud qd̄ mouetur ē i loco vel p formā ꝓsuppositā forme ſm quam est motus: sicut subm alterationis vel loci mutationis vel est in loco nō quidē p formaz ꝓsuppositā forme ſm quam est motus sicut subiectū augmenti vel decrementi. subiectū aūt generationis neutro modo istox est in loco quia non per formam presuppositam forme ſm quam est generatio. quia vel nulla ꝓsupponitur forma forme generande ſm quam est generatio: vel si sic ista non est rō eēndi in loco. nec etiam subiectum generationis est in loco secundum formam secundum quam est generatio: quia talis forma cum sit substantialis non est ratio essendi in loco alicui. Quantum ad tertium articulum. Respondeo ad questionem t dico q quando aliquid corrumpitur vel fit resolutio vsque ad materiam primam: vel non. Si non sic: dico q in genito t in corrupto manent eedem dimensiones numero existentes t etiam quantitates istas dimensiones sequentes: Cuius ratio est: quia quantitas siue dimensio non corrumpitur nisi eius subiectum corrumpatur. Sed eius subiectum scilicet materia prima cum forma corporea ponitur. remaneret ergo si autem

fit resolutio vsq3 ad materiam primã: sic dico q3 nihil commune manet in genito ⁊ in corrupto nisi prima materia: forma substantialis quia quantitas terminata ⁊ interminata corrũpitur ⁊ etiã qualitas omnis. vnde ⁊ aduertendum q3 aliquod esse subiectum accidentis contingit dupliciter. Vno modo quia imediate terminat dependentiaz eius vt superficies est subiectum albedinis ⁊ tale dicitur subiectuz quo. vnde secundo methaphysice color est in superficie p se ⁊ primo vt dicit cõmentator q3 superficies est subiectum quo albedinis. Alio modo aliquid dicitur esse subiectũ accidentis quia vltimate terminat dependentiam eius ⁊ tale subiectum dicitur esse subiectũ quod cuius subiectum est prima substantia vt probatur in predicamentis nam de ipsa omnia dicuntur vel sunt in ipsa. quia ergo quando fit resolutio in generatione vsq3 ad materiam primaz destruitur subiectum quod ipsius quantitatis quia tũc forma substantialis corrumpitur. hinc est q3 quantitas corrumpitur ⁊ substantia ⁊ cõmuniter omnis quantitas infundatur.

Ex his potest haberi ratio in proposito quando subiectum imediatum alicuius accidentis corrumpitur: ⁊ illud accidens corrumpitur. sed quando fit resolutio vsq3 ad materiam primam accidentis alicuius subiectum non manet vel destruitur. ergo omne accidens illius subiecti corrumpitur. minor patet quia tunc non manet nisi materia prima sed materia prima non est imediatum subiectum alicuius accidentis. tum quia imediate non terminat dependentiã alicuius accidentis. quia materia de se non habet actualitatem per quam possit determinare dependentiam accidẽtis. tum quia nullum accidens mediant inter materiam et formam substantialem vt probatum fuit. ergo ⁊cc. Secundo ostendendo conclusionem principalem simul declarando modum sicut quantũ fit ex quanto ita existens: ex existente materia que semper est formata: quia materia nunquã est sine forma. etiam patet quantum fieri ex quanto et existens ex existente quia corpus semper est ex terminis. sumo minorem sed ad hoc q3 existens fiat ex existente non oportet ponere aliquam formam substantialem semp manere in genito ⁊ in corrupto: sed sufficit q3 forma corrũpi, cõtinuetur vsq3 ad instans introductionis forme generate. ergo ad hoc q3 corpus fiat ex corpore non oportet ponere aliquaz quantitatem eandem numero semper manere sed sufficit quantitatem corporis extrinsecam facere aliud corpus continuari vsq3 ad instans in quo generatur corpus ex ipso. Item quicquid est in potentia pure passiua ad plures formas per quarum naturam satiatur eius appetitus: quod dico forte ꝓpter materiã celi que non est in potentia contradictionis respectu illaꝝ quia ex nono methaphysice hoc est esse in potentia passiua non magis determinat vnũ contradictorioꝝ q3 aliud. sed materia prima est huiusmodi ad omnes formas ex quo non est quid nec quale septimo methaphysice. ergo respectu ipsaꝝ est in potentia contradictionis. ergo materia non determinat sibi necessario quantitatem. Item aut quantitas est formaliter contenta in potentia materie ⁊ re diuisibilis in ipsam: aut non. si non. ergo non est forma substãtialis quia non educitur nec reducitur in potentiam materie vt patet de anima intellectiua. si sic. igitur est generabilis ⁊ corruptibilis. Sed qd ꝑm veritatẽ dicemus fuisse de intentione commentatoris.

Dico q3 intentio eius non fuit q3 eadem dimensio numero maneat in genito ⁊ in corrupto licet eadẽ secundum speciẽ maneat: quod patet ex tribus auctoritatibus in de substantia orbis prima dicit quia omnis forma substantialis habet ꝓpriã quantitatẽ terminatã. quia omniũ natura constantiũ ⁊c. ideo dimensiones terminate non existunt i hoc subiecto. s. nisi postquã forma substantialis existit i eo ex his patet q3 quantitas non perficit materiam nisi mediante forma substantiali. ergo forma substantialis corrupta quantitas corrũpitur. Secunda auctoritas quia quando ex aere fit ignis caliditas ignis agit in aerem: ⁊ cuz ignis venerit ad maximã quantitatẽ materia aeris expoliatur forma substantiali ⁊ accidentali ⁊ dimensionibus prioꝝ recipit formã ignis ⁊ quantitatẽ ipsam consequentez

Alia auctoritas est q3 tres dimensiones nunquã separantur a materia nisi sicut accidentia cõmunia vt qualitates ex sensibiles. Et ponit exemplum vt sicut diaphanitas in aere ⁊ in aqua. sed certũ est q3 diaphãitas aeris vel aque nõ manet ipsis corruptis quia consequũtur formas substantiales eorum. Notandũ q3 ipsa diaphanitas ⁊ oĩs qualitas symbola corrũpi non dicitur sicut qualitates non symbole: non quia eadẽ numero maneant: sed quia non a contraria: sed a subiecto corrũpuntur ⁊ sic per accidens corrumpitur magis q3 qualitas non symbola. Alia auctoritas Auicenne secundo methaphisice secundo capitulo vbi dicit q3 quando cera aliter ⁊ aliter figuratur vel quando expressio fit raꝝ priores qualitates corrũpuntur ⁊ alie numero generant. Sed huic auctoritati non est adherẽdũ maiꝰ quia duꝝ est dicere q3 aqua que rare fit vel penitur in alio ⁊ in alio vase aliter ⁊ aliter figurato perdat quantitatẽ ⁊ de nouo acquirat aliam. Ad rationes ad primam cõmentatoris cũ dicitur corpus non potest fieri ex non corpore. Respondeo q3 ista propositio dupliciter potest intelligi. Vno modo q3 illud ex quo fit corpus debet habere aliam dimensionẽ ⁊ esse quantum. Alio modo q3 illud ex quo fit corpꝰ de se fit corpus ⁊ non fit de se non corpus. p mo modo intelligendo vera est ꝓpositio quia materia ex qua fit corpus in instanti generationis necessario oportet esse quantã licet non quantitate precedente sed sequente: quia in illo instanti habet formã substantialem ⁊ consequentem ipsam quantitatẽ formã sequentẽ. secũdo modo intelligendo dico q3 ꝓpositio est falsa: quod patet duplici ratione. prima ratio est sic recipiens debet esse denudatũ a specie ⁊ genere recepti. Cõmentator tertio de anima comento quarto. sed materia est recipiens formã substantialem ⁊ q̃ntitatẽ. q̃ de se denudatur ab istis. Secunda ratio est ga illud quod generatur vt sic non est in loco. sed quod non est in loco non est quantũ. materia autẽ est subiectũ generationis inquantum generatur. ergo non est quanta de se ergo ⁊c. Dico igitur ad formam argumenti q3 corpus fit ex corpore: verꝝ est per accidens. quia illud ex quo fit ẽ quantum per accidens quia ꝑ quantitatem tamen q3 corpus fiat ex per se corpore: falsũ est vt patuit.

